Luc.22.v.57.58.60. Joan.18.v.17.25.27. Abnegatio gratiæ Christi. Vide CHRISTUS.

ABNER, princeps militiæ Saulis, 1.Sam.14.50. constituit Isboseth Regem in Israel, 2.Sam.2.8. admonitionem Domini sui protervè respuit, 3.8. nuntios in Ebron ad Davidem mittit, v.12. hortatur Israelitas, ut relicto Isboseth, Davidem suscipiant, v.17. interficit Asaëlem fratrem Joab, 2.23. à Joab dolo occiditur, 3.27. sepelitur in Hebron, v.32.

ABOMINATIO: Abominatio desolationis in templo, Dan.9.v.26.27. Matth.24.15. Marc.13.14. pro, abominanda desolatio: Hebraismus. Abominatio est coram Deo, omnis idololatria, Deuter.7.25. & 27.15. Abominationes gentium non imitandæ, Levit.20.23. Abominationes gentium. Vide GENTES.

ABORTIVUS: Pœna ejus cujus culpa mulier abortivũ facit, Exo.21.22.

ABRA, ancilla Judith, Judith 8.32. libertate donatur, 16.28.

ABRAM, filius Tharæ, Genes.11.26. ducit Sarai in uxorem, v.29. patria migrare jubetur, 12.1. Act.7.3. descendit in Aegyptum propter famem, Genes.12.10. vir ditissimus est, 13.2. & 24.35. altare Deo erigit, 13.18. vincit quinque Reges, 14.15. ab avaritia longè alienus est, v.23. quondam idololatra fuit, idolisque servivit, Jos.24.2. fide justificatus est, Genes.15.6. Rom.4.3. Gal.3.6. accipit signum fœderis, appellatur Abraham, & quare, Gen.17.5. se & Ismaëlem, & omnes domesticos circumcidit, v.23. promissionem seminis accipit, 15.4. & 17.16. & 18.10. Angelos hospitio excipit, 18,3. orat pro Sodomitis, v.24. peregrinatur in Gerar.20.1. Propheta est, v.1. amicus Dei est, 2.Paral.20.7. Esa.41.8. Jac. 2.23. hæres mundi dicitur, Rom.4.13. hoc est, Dominus, & quidem paternitatis jure omnium orbis populorum, quod certè non carnali, sed spirituali demum ratione fieri potest. Hæredem ergo esse mundi (nam hæreditas Hebræis dicitur etiam id, quod alicui gratis cedit in possessionem, ac nominatim quidem filii dicuntur hæreditas, quæ patri à Deo datur, Psal.127.3.) Hebraico more declarat, totum mundum habere pro filiis, & hac ratione quasi universo mundo potiri. Sic dicitur Christus, totius mundi hæres constitutus, in quo videlicet & ipsemet pater Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, Heb.1.2. sic dicimur Dei hæredes correlativè, Rom. 8.17. quia sumus hæreditas cum Christo, cùm alioquin Græcis & Latinis: Alicujus esse hæredem, declaret, In alicujus bona post mortem succedere. Unde apparet Rom.4.13. & aliis plurimis in locis hæredis vocabulum non accipi propriè. Abraham servus Dei est, Psal.105.6. nascitur ei Isaac ex Sara, Genes.21.2. ejicit Agar ancillam cum Ismaele filio, v.14. plantat nemus in Beersabe, v.33. tentatur à Deo, 22.1. offert arietem in holocaustum loco filii, v.13. emit agrum à filiis Heth, in quo sepelit Saram, 23.v.16. 19. servum mittit ad quærendam uxorem filio Isaac, 24.4. Ceturam ducit uxorem, & plurimos ex ea suscipit liberos, 25.v.1.2. promissiones adeptus, Heb.6.15. moritur, Gen.25.8. sepelitur in duplici spelunca, v.9. commendatur, Eccl.44.20. Abrahæ cor fidele, Neh.9.8. fides, Gen.12.5. & 15.6. Joan.8.56. Act.7.4. Rom.4.18. Heb.11.8. vidit diem Christi, Joan.8.56. eminus fidei oculis, Heb.11.13. semen ejus, non autem angelos assumsit Dei filius, Heb.2.16. de Abrahamo & semine ejus, vide Josuæ 24.3. Esa.41.8. & 51.2. Ezech.33.24. 2.Esdr.9.7. Mat.8.11. Act.7.2. &c. Heb.11.17. pater multarum gentium, & omnium credentium vocatur,

ENCHIRIDII LOCORVM COMMVNIVM THEOLOGICORUM,

Rerum, Exemplorum, atque Phrasium sacrarum;

EX AUGUSTINI MARLORATI Thesauro, & CHRIST. OBENHENII Promtuario

ab

ISAACO L. FEGUERNEKINO Ungaro, collecti.

Editio secunda, priore melior.

Paulus 1. Tim. 4. 13.

Interim dum venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.

Cyprianus Lib. 2. Epist. 2. ad Donatum.

Sit tibi vel oratio assidua, vel lectio: Nunc cum Deo loquere, nunc Deus tecum.

37

Tanner. 443

LONDINI,

Impensis Georg. Bishop.

cIↃ IↃ XCI.

BODLEIANA BIBLIOTHECA

LOCORUM COMMUNIUM THEOLOGICORUM,

Rerum, Exemplorum, atque Phrasium Sacrarum;

ANDREÆ MARLORATI Theologi,
& CHRISTO OBEDIENTIÆ
Promulgatio
ad
ISAACO L'FEBVRE LILLANO
Ambiani, collecta.

Editio secunda, priore melior.

Psalm. 1. Tim. 4. 13.
Intende lectioni, exhortationi, doctrinæ.

Cypriani Epist. 8. Ad Donatum.
Si nihil vel omnia affatim, vel pauca: Nunc cum
Deo loquere, nunc Deus.

ILLVSTRI HERO,
AC DOMINO,
D. STEPHANO de BATHOR,
Comiti Zathmariensi, &c.
S. P. D.

JOH. JACOBUS GRYNAEUS.

MAGNANIMI Heros, quum tam auspicata fuerit editio prima librorum Theologicorum, quos fortissimæ Gentis vestræ, viri quidam pii & eruditi, mihi paucis abhinc annis evulgandos credidérunt, ut post iterum editos Stephani Szegedini Locos Communes Theologicos, etiam hoc Enchiridion Theologicum Typographo recudere placuerit: visum mihi est ad T. Celsit. orationem instituere, eique, velut non Feguernekini tantùm, aliorúmq; piè docentium patrono, sed etiam laudatissimo Ecclesiæ in illis regionibus nutritio, paucis indicare, quo animo sim erga orthodoxas Ecclesias, quæ sunt in Ungaria & Transylvania.

Ut magno mihi dolori fuit, quòd intellexi non paucos pietate & doctrina præstantes Pastores & Doctores, magno quidē suo bono, sed difficilibus & necessariis Ecclesiæ temporibus, hac vita apud vos esse defunctos: & perpetuis immanium hostiū incursionibus vestras Regiones infestatas fuisse: Sic majori mihi solatio fuit, quòd intellexi T. C. divinitus excitatam, non modò forti dextera tueri patriam, sed etiam veram Religionem constanter & sincerè amplecti & profiteri, & Ecclesiarum, ex præscripto Verbi Dei reformatarum, ac piè in iisdem docentium patronum benignissimum præstare.

Cogitanti autem mihi de inclytæ gentis vestræ quibusdam viris doctis, quos Heydelbergæ & Basileæ memini una mecum συνσχολαζειν, & mihi φιλαλήθειαν, φιλαδελφίαν, φιλησυχίαν, & alias multas virtutes egregiè probare, venit in mentem venusta, de Citro, seu Medica malo, ejúsq; fructibus & foliis, Parabola.

Ut hæc arbor, Theophrasto & Plinio attestantibus, omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus: Ita piè hac vita defunctis quibusdam Ecclesiarum vestrarum Pastoribus & Doctoribus, nonnulli alii jam συν χριστῷ succedunt, qui piæ doctrinæ lampada in cursu religioso sibi per manus traditam, aliis præferunt, rectè secantes sermonem veritatis, & obturantes ora Sophistis, sceptos & alios seducentibus: ac, ut video, sunt hoc tempore & Heydelbergæ & Vitebergæ Ungari & Transsylvani Theologiæ candidati, quorum aliqui dum me literaria sua τῇ φερσωνείᾳ exhilarant, faciunt ut gratuler Ecclesiæ in vestris regionibus, horum severioris & solidæ Theologiæ candidatorum præclaras dotes, operam & fidem, quæ illis magno haud dubiè usui erit.

Dignum autem relatu est & hocce Plinii de fructuum odore & sapore dictum: Quæ odorata non eadem in gustu tenera, quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem Citreis odor acerrimus, sapor asperrimus.

Sunt & Orthodoxi Ecclesiarum & Scholarum Ungariæ & partis vicinæ Pastores & Doctores Christi bona fragrantia Deo, in iis qui servantur, & in iis qui pereunt: ut cum Apostolo loquar. Sed minimè sapiunt iis qui à vera diversam doctrinam tradentes, turgent, nihil sciunt, sed insaniunt circa quæstiones & verborum pugnas: ex quibus nascitur invidia, lis, maledicentiæ, suspiciones malæ, perversæ exercitationes hominum mente corruptorum, & qui privati sunt veritate, & quæstui habent veritatem.

Citrea, inquit Plinius, contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa, vel semen. Faciunt oris suavitatem, decocto eorum colluto, aut succo expresso.

Orthodoxa Pastorum & Doctorum vestrorum Scripta, hausta ex fontibus Canonicæ Scripturæ, antidota sunt adversus hæreses & omne fermentum Pharisaicum, à quo nobis cavendum esse vox divina monet. Viva quinetjam rectè docentium vox, suavis est Ecclesiis rectè sentientibus, & nostræ voci, qua Christo Jesu testimonium sanctum perhibemus, σύμφωνος & consentiens.

Odor foliorum Citri præcellit, transitq; in vestes ubi conditus, arcetque, ut Plinii verbis utar, animalium noxia.

Ministri Ecclesiæ, qui sunt exemplar fidelium in sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in puritate, exemplo virtutum Christianarum, earundem studium etjam in aliis accendunt, & arcent vitiorum contagia & noxam: arcent & noxios impostores, quorum sermo depascit instar gangrænæ.

Ad tuam, Illustriss. Domine Comes, clementiam nunc venio, eámque illa qua decet cum veneratione, etjam atque etjam oro, ut pergat agere Nutritium Ecclesiarum rectè sentientium, & patronum pietatis doctrinam rectè docentium & discentium. Magnum quiddam est, esse in numero fidelium Ecclesiæ civium: sicut Augustinus scribit Theodosium Magnum, Imperatorem dicere solitum: Magis se gaudere, quòd membrum Ecclesiæ Dei esset, quàm quòd in terris regnaret. Sed multò majus est, Dei gratia esse in eorum numero, de quibus Jehovah Ecclesiam consolans ait: Et erunt Reges nutritii tui, & Reginæ eorum nutrices tuæ.

Certè Armipotens Jehovah, operiet caput T. C. in die armorum, servabit animam tuam à gladio noxio, & in fasciculo viventium vitam tuam custodiet: siquidem perges Davidis, Josaphati, Ezechiæ, Josiæ, Theodosii, & aliorum piorum Principum exemplo, corde credere ad justitiam, quòd JESUS ille sit Christus, & eundem ore ac vita profiteri, & patronum agere Pastorum & Doctorum, quibus studio est, ὅσια μὲν ποιεῖν, τ' ἀληθῆ δὲ λέγειν, ad Dei gloriam, & ad ædificationem Ecclesiæ.

Deus Pater Agonothetes, Jesus Christus Epistates, & Xystarches Spiritus S. benedicat Ecclesiis & Politiæ vestræ: defendat Regionum vestrarum incolas adversus Turcas: custodiat T. C. ab omni malo, & instruat eam omni vero bono: excitet heroicos duces militiæ suæ adversus Antichristianos omnes, quorum alii ferro corpora aggrediuntur, alii Sophistica sua mentes fascinare conantur: ac præsiet nobis Salvator ille verax, & omnipotens Jesus Christus, ut magis magisq; unum in ipso simus. Amen. Ex inclyta Basilienssi Academia, quæ Christi beneficio est tranquillum τῆς εὐσεβείας διδασκαλεῖον. Cal. Martii. 1589.

SPECTA-

SPECTABILI AC MAGNIFICO DN. D. STEPHANO de BATHOR, COMITI COmitat. Zathmar & Zabolch, Domino in Varano, Etsed, Fuzeer, Onad, &c. Domino ac Patrono suo summa cum summissione colendo S. P.

NOnabre est, Sp. ac Mag. Domine, quòd Spiritus Sanctus, unicus divinorum oraculorum doctor & interpres fidissimus, per os Pauli, amanuensis & librarii sui fidelissimi, venustissima simul & appositissima usus similitudine, evanidam hanc & caducam hominis Christiani vitam militiæ nomine depinxit: quo dubio procul innuere voluit, quantis Ecclesia Dei, dum in his terris militat, exposita esset certaminibus & calamitatibus. Sicut enim qui durissimo militiæ & armorum studio occupati, castra sequuntur, multiplices, easque plenissimas omnis generis molestiarum curas, solicitudines, vigilias, excubias, certamina & pericula, dies & noctes, domi & foris subire necesse habent: Ita Christiani quique, ductu & auspicio ὁπλίτου καὶ βασιλέως Christi, gravissimam, dum in mortali hoc corpore peregrè absumt à Domino, sustinentes militiam, & cum Satana, mundo, peccato, seipsis: morte denique ipsa, invicto fidei & spei robore decertantes, ducémque suum Christum, in mediis confertissimorum hostium agminibus per mille pericula sequentes, id unicè dare operam debent, ut dum præclarũ illud certamen decertent, servantes fidem & bonam conscientiam, immarcescibilique illa hæreditate & corona omnibus fidelibus reposita ad plenũ potiantur, adversus quævis validissima antiqui illius Draconis ὀχυρώματα adversus ratiocinationes, & intelligentiam, quæ Deo minimè subjicitur, omnémque sublimitatem,

2.Cor.10.4.

2.Cor.5.6.

2.Tim.1.19. 1.Pet.1. 2.Tim.4.v. 7.8.

2.Cor.10.v. 4,5. Rom.8.6.

tatem, quæ extollitur adversus Dei cognitionem: adversus principem
n.12.31. seculi hujus, cui potestas est aëris, & spiritum, agentem nunc in filiis
or.4.4. contumaciæ: adversus inexpiabilem denique mundi infelicis rabiem,
hes.2.2. pravas peccati suggestiones, nativam carnis labem & corruptionem,
acerbissimamque mortis speciem, universa illa πανοπλία, quam divinitus
validam contributam habent, ἄσπονδον bellum gerant, excubias agant,
sub pellibus sint, in ruptura stent, ad omnem bene rem gerendi occasionem intenti sint, ignita hostium tela fortiter excipiant, & se ab eisdem tutos præstent.

Magna sanè sunt hæc certamina, utpote quæ non sint adversus car-
hes.6.12. nem & sanguinem, hoc est, homines fragilis & caducæ naturæ susceptæ, sed adversus imperia, adversus potestates, adversus mundi dominos, rectores tenebrarum seculi hujus, adversus spirituales malitias, quæ
Cor.15.49. sunt in sublimi: Verùm ita placuit Deo Patri, ut quoniam gestavimus
om.8.29. imaginem terreni hominis, gestemus etiam imaginem cœlestis, Christi,
t.4.22. & conformes fiamus imagini Filii ipsius, perque multas tribulationes ingrediamur in Regnum cœlorum: Unde & ad id constituti & vocati,
Thess.3. ex Dei voluntate, dicimur, ut continuis belli difficultatibus distenti, per-
Pet.2.21. petuis in hac vita certaminibus & afflictionibus subjaceamus: Huic
Cor.12.9. nos Patris cœlestis voluntati acquiescere decet, Dei enim potentia per
rov.3.12. infirmitatem perficitur, & Pater filium quem diligit, castigat. Etsi au-
eb.12.7. tem difficilior longè est, & magis ardua hæc lucta, quàm quæ proprio Marte à fidelibus confici queat, minimè tamen despondendus iis est animus: Christum enim caput suum, in ea præeuntem & facem præ-
hilip.2.8. ferentem habent, qui æterno Patri usque ad mortem, mortem autem cru-
Pet.2.21. cis obediens factus, reliquit piis exemplar, ut vestigiis ipsius toto vitæ
oan.16.33. suæ curriculo insisterent. Vicit ille mundum, & per mortem abolevit
ebr.2.14. eum, qui mortis habebat imperium, expoliatisque imperiis ac potestati-
olos.2.15. bus, captivam duxit captivitatem, & triumphum de hostibus reporta-
sal.68.19. vit glorioſissimum; sursumque receptus est in gloriam, ut impleret
ph.4.8. omnia.
Tim.3.15.

Neque tamen sic corpore à nobis recessit, quin virtute sua omnipotenti adesset: Nobiscum siquidem est usque ad consummationem seculi:
Matth.28.20. defendit & tuetur Ecclesiam, quam proprio illo suo sanguine acquisi-
ct.20.28. vit, & purgavit lavacro aquæ per verbum, hostésque suos, quos suis
phes.5.26. ipse pedibus subjecit, ipsis etiam fidelibus vincendos & calcandos expo-
om.8.37. suit. Promisit etiam Deus apud Prophetam, se, quum transierimus per
acob.4.16. aquas multiplicium calamitatum & afflictionum, nobis affuturum, &
. Joan.2.v. flumina nos non obruturа, nec ignem variarum tentationum & mise-
3.14. riarum, cùm in eo ambulaverimus, nos combusturum, flammisque in
Esaiæ 43.2.

nos

nos minimè arsuras: Fidelis siquidem est Deus, qui non sinit nos tentari & premi supra id quod possumus, sed præstat unà cum tentatione & tribulatione evasionem, novitque nos è tentationum fluctibus clementer eripere. Præbuit etiam nobis arma, quibus ad demoliendas & subvertendas Satanæ munitiones & machinationes, ad evertendas ratiocinationes, omnémque sublimitatem, quæ sese extollit adversus Dei cognitionem, opus est: Neque vult diuturnam esse hanc luctam, sed momentaneam, eámque æternum pondus gloriæ confecturam sanctis, qui ad finem usque perseverarint. Premuntur quidem ii, at non coarctantur: hæsitant, at non prorsus hærent: persecutionem patiuntur, sed in ea non deseruntur: dejiciuntur, at non pereunt. Certi siquidem sunt, iis qui diligunt Deum, omnia simul conferre in bonum, & neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura, neque sublimitatem, neque profunditatem, neque ullam rem aliam creatam posse eos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Jesu, utpote quos ne Satanæ quidem portæ superare queant, sed in omnibus plusquàm victores sint, per eum qui dilexit ipsos.

1.Cor. 10.13. 2.Pet.2.9. 2.Cor.10.4. 2.Cor.4.17. 2.Cor.4.v.8. Rom.8.28. v.38.39. Matth.16.18 Rom.8.37.

Hæc & alia, ex instructissimo sacrarum literarum penu, adversus omnis generis tentationum, calamitatum, aut hostilium impressionum procellas deprompta alexipharmaca efficaciora sunt, quàm ut illarum vi elidi aut eludi ullo modo possint. Premeris igitur multiplicibus calamitatum & miseriarum, in hac ærumnarum valle, fluctibus? Scias Christum, priorem illis caput suum objecisse, & simul coronavisse: Ac memor esto, aurei illius dicti Tertulliani: Sanctorum Christi servorum & martyrum Agonotheta Deus pater est, Epistates JESUS *Christus, Xystarches Spiritus Sanctus. Item: Si apud Deum deposueris injuriam, ipse ultor est: si damnum, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mœrorem, consolator est: si mortem, ipse resuscitator est. Exueris bonis omnibus & facultatibus? Mulctares exilio?*

Tertullianus

Exul erat Christus, comites nos exulis hujus
Esse decet, cujus nos quoque membra sumus.

Matth.2.13.

Angeris animi, quòd

Vita aloes multum, mellis habet minimum?

Memineris, quæso, pios non ita esse affixos (imo ne affixos quidem esse) præsenti vitæ, quin noverint, & memoria perpetuò recolant, hospites & advenas se esse in terra, nec habere hîc sitam civitatem, sed futuram inquirere. Validus est armatus, qui te miris modis vexat, & exagitat? Validior est Christus, qui ad intima illius penetralia progressus, eum devicit, armaturam, qua confidebat, abstulit, sede sua exturbavit,

2.Cor.5.6. Hebr.11.13. & 13.14. Luc.11.v. 21.22.

havit, & spolia distribuit. Non est itáque ut immodico metu te macerel.121.v. res: Ecce enim non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israelem, 3. hoc est, Ecclesiam: Dominus est qui custodit introitum tuum & exitum tuum à modo usque in seculum: Et Angelis suis mandavit de te, & al.91.22. ipsi tollent te in manus, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.

Ac ne qua solicitudine cum diffidentia quadam conjuncta, piorum mortalium frangerentur animi, dum ad felicem & gloriosam laborum suorum & certaminum epitasin magnis passibus contendunt, dulcissimas Spiritus Sanctus ubique locorum cœlesti doctrinæ aspersit consolationes, quibus ceu refrigerio quodam, intolerabilium alioquin calamitatum, & periculorum, quibus ii velut oves ad mactandum destinatæ, Kal.44.22. Rom.8.36. obnoxii sunt, æstum restingueret: Inter quas luciferi instar fulget illud: Reges erunt nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ: quibus verbis Isa.49.23. innuere vult Dominus: Quantumvis sæviat mundus, nunquam tamen defuturos, qui hospitium aliquod præbeant Ecclesiæ: quales fuerunt (ut alios silentio involuam) nunquam satis laudati illi Imperatores & Principes, Constantinus, Carolus Magnus, Ludovicus Pius, & Patrum nostrorum memoria, Joan. Fredericus Saxoniæ Dux Elector, aliique in diversis regnis & provinciis, Reges, Principes & Magistratus pii, qui nihil duxerunt antiquius, quàm ut Ecclesiam sua ope juvarent, hospitia & halcyonia illi præberent, & à periculis impendentibus laterum objectu fortiter defenderent, & propugnarent, memores gravissimi illius præcepti: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate cum tremore. Quo Psal.2.v. 10.11.12. nomine laudandi inprimis fuerit insignis tua, Spectabilis ac Magnifice Domine, patrone benigniss. pietas & zelus quo erga Ecclesiam & ejus cives juvandos, & ornandos flagras incredibili, ac in hac etiam infelici patriæ sorte, in quam miserabili & penè deploranda rerum Ungaricarum facta conversione, justissimo Dei judicio detrusa est, multis comparcis sumptibus, viros doctos, quos in ditione tua habes non paucos, singulari nihilominus prosequens amore, liberaliter eosdem foves, patrocinio tueris, & infinitis propemodum beneficiis cumulas. Ac non possum non deprædicare hoc loco summam tuam felicitatem, Mecœnas liberalissime, nec possum committere, quin beatum te præ aliis judicem: Contigit enim tibi, in vera salutis via sanctè & feliciter ingredienda, & constantissimè persequenda, uti summi illius Theologi, exactæque prudentiæ laude insignis viri FRANCISCI CEGLEDII opera & consilio, quem tibi, ob insignem eruditionem, vitæ inculpatæ sanctimoniam, judicii maturitatem, summam prudentiam, aliisque dotes quam plurimas à sacris concionibus & intimis consiliis præ aliis delegisti.

Dignus

Dignus profectò is est, qui prudenti, & provido patrifamiliâs, è thesauro suo vetera & nova proferenti comparetur. Neque minore vehendum laude est, quòd minimè conquieveris, donec incomparabilem illum excellentique eruditione virum MICHAELEM PAXIUM *honestissima oblata conditione & amplissimis propositis reditibus, ad gubernacula Ecclesiæ in tua ditione regenda collocares. Sed ne quid ad summam eximiæ liberalitatis & pietatis laudem reliqui faceres, ex Schola Pazachina, cui regendæ tunc duo insignes viri de re quidem literaria præclarè meriti, tibi verò ob eruditionem & doctrinam singularem gratissimi* GEORGIUS CAESAR CASSOVIUS *&* MATTHIAS THORACONYMUS, *præceptores mei summa observantia colendi, laudabiliter præerant, me, tanto licet indignum patrocinio, &* LUCAM KOTSKIUM, *à pietatis & eruditionis laude commendatissimum virum, liberali oblato stipendio evocasti, & ad peregrinationem Germanicam suscipiendam & perficiendam liberalissimè instruxisti: pro quo summo beneficio & munificentia, quid offeram in præsentiarum, habeo prorsus nihil, præter gratiarum actionem, & vota ad Deum concepta, perpetuámque animi, beneficii accepti memoris, gratitudinem quam ut declarare quoquo modo possem, hoc quicquid est laboris augustissimo tuo nomini consecratum & dedicatum volui, simul rogans, ut meam hanc si qua est temeritatem æqui bonique consulas, Dominus* JESUS *Christus Magn. tuam, unicum Bathorææ domus columen & firmamentum, locupletet magis ac magis, omni χαρισμάτων & benedictionum genere: conservet eam una cum consorte sua pientissima & pudicissima Heroina, Patrona mea benignissima, salvam & florentem quàm diutissimè ad æternam sacrosancti divini nominis gloriam, Ecclesiæ in his terris emolumentum, patriæque defensionem ac ornamentum singulare. Dat. prima die Martii. Anno æræ Christianæ 1586. Heydelbergæ.* Matth. 13.5

Magn. tuæ humilimus Cliens

ISAACUS L. FEGUERNEKINUS.

Ode προτρεπτικὴ

Ad Magn. Dn. D. STEPHANUM DE BATHOR, veram certámque virtutis viam ingressum.

Non sensus idem est omnibus inditus
Fovæ benigno munere maximi,
Hos quippe mundani cupido
Imperii malesana torquet.
Auri fames hos noxia detinet:
Illos libido Cypridos improbæ
Urit: quibusdam mens honorum
Ambitione tumet superba.
Vitæ usu ergo hinc certus amittitur,
Incerta stulti dum bene se putant
Captare, virtutisque culmen
Ah miseri nequeunt adire.
At tu quòd istis à vitiis procul
Semotus, ami, te Stephane inclyte,
Virtuti amatæ consecrâris,
Perpetuum decus arrogasti.
Te ergo beatum posteritas canet,
Quòd vagientem nectare limpido
Virtutis ancæsa imbuerunt
Et charitum genuêre in ulnis.
O macte virtute ô nova seculi
Spes chara & nostri, cresce age, & omine
Accinge te felici ad ingens
Ungariæ decus arrogandum.
Tu sic paterni pignora stemmatis,
Majorum & ortus exuperas duce
Virtute, age & tu te nunc ipsum
Vince, thronos subeásque divûm.
Audere nullum non facinus potest
Vicina virtus Diis: animam ardua
Ausis piam cœlis sacrato,
Fortem animum & patriæ dicate.
Hæc vera veri est gloria Principis,
Pollere virtute, artibus & bonis
Cum Marte amicum præpotente
Hospitium pariter dicare.
Audacia est ut consilio sine
Mentis furor: Mars sic sine Pallade
Vitæ est lues, Regum superbæ
Pernicies, patriæq; casus.
Ergo furentem Pallade cum sacra
Conjunge Martem, cumq; Deo Deam,

Laudem

ODE.

Laudem potes sic laureánque
Hostibus emeruisse victis.
Sic cœlum aditur, sic via gloriæ
Attrita summis regibus est tibi
Tentanda, magnis passibusq;
Atque animo ingredienda forti.
En magna cunctis nobilis indoles
Spondet tua illa, hæc nostraq; secula
Nunc nunc egent oppressa iniquis
Et rudibus populata fucis.
Ut nautæ cautus sævo ubi turbine
Quassata cymba est, arripit impiger,
Quam fluctus abjecit tabellam,
Aut fluitantia pone transtra.
Sic te requirit nunc patriæ patrem,
Ungaria altis obruta fluctibus:
Te stante sperabit secundum
Castoris Erigones q; sidus.
Metas laboris, tu Stephane, hac via ergo
Ultra orbis orbes constituas tui
(Haud fama mendax) gloriam sic
Cum superis tibi ponis æquam.
Nomen canet sic posteritas tuum,
Ingrata nunquam magnanimis, neque
Laudare parcè sueta, si quos
Extulerit generosa virtus.
Quin en clientis jam resonant tui
Cyrrhe per altum nabla verticem, hic
Musisq; dilectus tibiq;
Barbiton increpuit canoram.
Huic clara doctæ insignia Pallados
Indulsit alma, & Melpomene sinu
Hunc fovit, huic jam Phœbo amica
Lativago fluit unda cursu.
Vndas ad Albis téque ducem Enipeum,
Vsúmq; rerum multiplicem tibi
Ah surda mens est imperitis
Qui patriam colúere tantum.

PETRUS M. LASCOVIUS.

CANDIDO LECtori S.

QVemadmodum à natura sic comparatum videmus, ut qui animum ad aliquod bonarum artium studium seriò applicant, earundem principia probè tenere necesse habeant: Ad eundem planè modum, iis qui sacrosanctæ Theologiæ, cœlestisque Philosophiæ studio tenentur, ac in eo salutarem sibi aliisque bonis mortalibus profectum facere tacagunt, sive docturi alios ipsi sint, sive docendi aliis tradantur, ut simplicissima, & omnem contradictionis implicationem respuentia salutaris doctrinæ principia ad unguem teneant, & quasi in numerato habeant, necesse inprimis fuerit. Qualis enim, quæso, foret Medicus (ut de aliis generi humano utilissimis alioquin facultatibus & scientiis taceam) qui mediocri plantarum naturæque animantium, in primis autem hominis, cujus unius propemodum causa universa Medicorum familia desudat, cognitione non sit imbutus? Quomodo sanitatem, aut integram adhuc & florentem à plurimis, quibus vita mortalium circumvallata est, imminentium morborum arietibus & procellis defendere ac tutari, aut afflictam jam & nutantem dextrè erigere, medicámque illi adhibere manum valebit, si non & herbarum vires & morbi vim ac causam, & diversissimas ac pœnè infinitas naturarum qualitates, κράσεις & temperamenta aliqua ex parte perspecta habeat? At facilius haud dubiè fuerit Medicum harum rerum ignarum dare, qui & conservandæ sanitati, & eidem afflictæ restituendæ non inutilem navet operam, præsertim cùm multa præter, imò contra omnes causas secundas in rebus humanis fieri non rarò animadvertamus: Quàm ad solidam simul & salutarem doctrinæ cœlestis cognitionem pervenire volentem reperire, qui non immotis & omni exceptione majoribus, veræ ac Christianæ religionis axiomatibus ac principiis, ex fontibus Israelis petitis, probe sit instructus, aut instrui necesse non habeat. Quæ me dum exercet cogitatio, Christiane lector, eam, semper animo meo fovi & circumtuli sententiam, per quam utilissimum scilicet & memoriæ juvandæ commodissimum esse sacræ Theologiæ candidatis, omnes Christianæ religionis articulos nudè, & quàm fieri posset brevissimè sub communes titulos revocatos, & suis per totam sacrā scripturam ductis & allatis testimoniis confirmatos, ac exemplis divinis illustratos, prolixa quadam brevitate in Enchiridio aliquo veluti in parva paropside proponi, adjunctis etjam brevibus phrasēōn scripturæ sacræ familiarium interpretationibus, & variis unius & ejusdem vocabuli acceptionibus, ut sive vera sententia eruenda, explicanda, confirmanda, & exemplis sacris illustranda, veniat, sive multiplices errorum labyrinthi & tenebræ detegendæ ac detergendæ sint, quas turpissima Satanæ mancipia & mastigiæ in extrema hac mundi senescentis tempestate offundere solent, mentem simul & oculos per omnes scripturæ sacræ locos certis quasi capsulis inclusis nullo negotio circumducere, & ancipitem illum usque ad divisionem animæ simul & spiritus pertingentem divini verbi gladium quaquaversum stringere possint. Quo in studii genere egregiam sanè toti orbi Christiano præ aliis navarunt operam, eximius ille JESU Christi martyr, Augustinus Marloratus, & Christophorus Obenhinius: Quorum

ille

Ille quidem, præter catholicam divinorum quorundam veteris & Noui testamenti librorum expositionem, ex probatissimis quibusque autoribus conflatam, aliásque utilissimas lucubrationes, thesaurum etiam verè θησαυρὸν Locorum communium, ex ipsissimis sacrarum literarum adytis felici ausu eruere, & pro acerrimo, quo pollebat, judicio, ingenijq; fœcunditate ad suos quósque titulos commodissima juvandæ memoriæ serie & ordine revocare, divinisque illos exemplis illustrare indefesso studio aggressus, ansam & negotium doctissimo viro Guilielmo Feugueteio præbuit, ut ipso per Pontificum furorum è vivis erepto, & immaturescibili martyrii corona decorato, cœptum, sed nondum ad finem deductum opus, ex adversariis (ut vulgo loquuntur) in codicem summa fide & diligentia referret, digereret & absolveret: Hic verò, in argumento pene consimili, ceu illius rivulo, diu multúmque desudans, & quæ Marloratus omiserat exempla, ex Canonicis simul & Apocryphis textus Biblici libris addens, absolutissimum simul & instructissimum divinorum exemplorum Theologiæ candidatis edidit promptuarium. Quorum duorum præstanti eruditione virorum scripta & lucubrationes, quantam Theologico studio deditis, inprimis autem quibus alios docendi cura incumbit, pepererint aut parere possint utilitatem, non est hujus loci persequi. Illud, quod me attinet, sine rubore fateri ausim, me multiplici horum operum utilitate animadversa, in tantum illorum studio fuisse delectatum, ut in Enchiridion hocce breve & exiguum titulis tantùm & assertionibus testimoniisq; notatis, omissi Biblici textus verbis, contrahere illa non dubitaverim. Tuum est, Christiane lector, meum consilium, ut pium, ita etiam ut spero, salutare, & ad mei aliorúmque bonorum ædificationem directum, non in sinistram rapere partem. Testor Deum, intima cordis penetralia penitissimè introspicientem, me nullo vanæ gloriæ captandæ æstro percitum, sed mea inprimis, & quoniam ita doctissimis nonnullis & clarissimis viris placuit, qui hoc meum consilium suo suffragio approbarunt, & promoverunt, aliorum etiam quibus hoc studii genus cordi est, studiá juvandi consilio adductum, manum huic operæ admovisse. Neque est, ut me falcem in alienam misisse messem quisquam incuset: In conficiendo enim hoc Enchiridio id tantum egi unicè, ut duo illi classici authores in argumento propemodum coincidentes, ad idem Enchiridion variis locorum communium, phrasium, & exemplorum partim inibi repertorum, partim ex utilissimis aliorum monumentis depromptorum, classibus & titulis adornandum & concinnandum sanctè inter se conjurarent, ac vastam illam magnitudinem, & crassitiem, quam discentibus sæpenumero onerosam & molestam esse certum est, sine ullo detrimento & jactura deponerent. Secutus autem sum hac in parte evidentissimum magni nominis quorundam in re literaria, atq; adeò in studiis Theologicis virorum exemplum, Oecumenii, dico, Theophylacti & aliorum nonnullorum patrum, (uti de recentioribus taceam) quibus, quemadmodũ in eodem non tantùm ædificio extruendo, sed doctrinę etiam genere docendo & functione suscipienda sibi invicem diversis aut iisdem ætatibus succedebant, ita suorum etiam prædecessorum scripta aut in totum aut ex parte summa cum exacti judicii maturitate contrahere & in breves quasdam summas & capita redigere, solenne fuisse, ex nonnullis ipsorum opusculis non obscurè animadvertere promtum est, id quòd ideò eos feciisse crediderim, ut se non aliud doctrinę genus, quàm prædecessores, prædicaturos re ipsa comprobarent. Sed hoc

inter

inter illorum & meum cõsilium est discriminis, quòd illi contractiori longè, quàm authori in manum sumpto placuerat, stylo fuerint omnia persecuti, & multa quæ sine insigni jactura poterant omitti, prætermiserint: At mihi, religio fuit quicquam, si ipsa Biblici textus verba excipias, omittere. Desine ergo, quisquis es, hoc me nomine gravare, qui non mihi aliorum scripta vendicârim, sed grandiora illa quàm quæ aut portari facilè, aut coemi parvo prętio possint, breviora fecerim. Habes, ut opinor, lector, consilii mei rationem: accipe jam & modum, quem in conflando hoc Enchiridio observavi: Ordinem quem Augustinus Marloratus, piæ memoriæ, in suo thesauro & Christophorus Obenhinius in suo Promtuario gravi consilio sequendum censuerunt, magna ex parte retinui, plurimas tum phrases, tum voces & titulos, tum locos & testimonia insperfi & breves eorundem interpretationes, significationes, & acceptiones adjeci: non paucis in locis in refutationem ἑτεροδιδασκαλίας veritatique repugnantis sententiæ digitum intendi. Usus autem sum, in nonnullorum vocabulorum significationibus allegandis & rationibus ac locorum interpretationibus adducendis, partim Immanuelis Tremelii (cujus nomen sit in benedictione) & Francisci Junii, partim clarissimi Theologi, Joannis Jacobi Grynæi (quem honoris causa nomino) præceptoris mei summa cum animi promptitudine & gratitudine colendi, partim aliorum nonnullorum exacti judicii virorum, maximè verò, magni illius & incomparabilis Theologi, Theodori Bezæ, authoritate simul & verbis, sed omissis, ne opus in immensum excresceret, nominibus. Mutuatus etiam sum nonnulla ex præclarissimorum illorũ Jesu Christi athletarum, hæreticæ pravitatis malleorum, Hieronymi Zanchii, Josiæ Simleri, Stephani Szegedini, Petri Carolini, & Flinspachii monumentis, in articulo potissimùm de Christo, ejus persona, & officio: quorum illi pio zelo adversus infensissimos Christiani nominis hostes accensi, egregiam Ecclesiæ Dei, in asserenda contra blasphemos hæreticos, Christi divinitate: hic verò, in tuenda contra Judæos infideles & excœcatos vera ejusdem humanitate, navârunt operam. Ac quod divinitatem Christi attinet, ubi verum illum Jehovam, eundem cum Patre Deum, asserendum, & testimonia colligenda erant, συζυγίας quasdam ex veteri & novo Testamento contexui, & ne confunderentur stellulis distinxi, ut ex iis, diligenti testimoniorum inter se facta collatione, manifestè liqueret, Christum esse verum illum Jehovam à patribus olim agnitum & invocatum, à Prophetis prædicatum, ac proinde eadem cum Patre & Spiritu S. in majestate colendum. Idem in asserenda Spiritus S. quoque Deitate, sed paulo aliter feci. Quæ verò ad humanitatem Christi, & indubitatum ipsius in carne secundùm promissiones patribus factas adventum, pertinere videbantur, breviter in certa capita, ex secundo, quem de Genealogia Christi scripsit, Flinspachii libro, redegi. Dedit idem Flinspachius mihi ansam colligendi idolorum catalogum, secundum alphabeti seriem, quorum uspiam in sacro codice fit mentio, addita brevi ex ipsius sententia, eorundem nomenclatura & interpretatione. Quæ eò moneo, ne quis me privatis meis usibus magno studio & labore ista hinc inde conquirentem, & ut, loco ac tempore postulante in promptu essent, in certum ordinem redigentem, alienis plumis decoratum esse insimulet: Parum enim moror illud,

Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum.

dum-

dummodo meus hic labor mihi aliisque pietatis studiosis, qui istiusmodi flosculis delectari solent, utilis sit & gratus. Nemo cerè tam valet ingenio, ut omnia ex tempore subeant, & in recenti sint memoria. Prodest itaque hujusmodi locorum communium, phrasium & exemplorum, undecunque illa deprompta sint, diligenti συμμετροποιΐᾳ, aut κεφαλαιώδει saltem instituta σκιαγραφίᾳ seu delineatione, ut uno quasi in cumulo, cùm sors tulerit, usui olim futura inveniantur. Nam quamvis verum sit illud, quod minus elegantibus quàm veris versiculis fertur:

Cordi non chartæ tradas, quæ noveris arte,
Nam si charta cadit, mox tota scientia vadit:

Tamen paucos ad propemodum nullos invenias, qui ea polleant ingenii dexteritate & memoriæ felicitate, ut istiusmodi scediasmate & adversariis (ut vocant) opus non habeat. Ad extremum, illa etiam scripturæ sacræ testimonia collegi & adjeci, quibus Pontificii ad fidei suæ dogmata stabilienda abutuntur, addito plerisque in locis alexipharmaco, & brevi refutatiuncula. Versiculos præterea, qui uspiam citabantur recognovi & restitui. Tu, utere fruere his, Christiane lector, ad gloriam sacrosancti divini nominis, & Ecclesiæ ædificationem, & unà mecum precare Deum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, ut in extrema hac mundi senecta, in qua magno cum Ecclesiæ dispendio, & insigni cum divini nominis ludibrio, canina (ut cum D. Hieronymo loquar) à Jesuitis pseudonymis, & nonnullis aliis qui alioqui ecclesiæ repurgatæ membra haberi volunt, exercetur facundia, dentataque passim feruntur chartæ, excitet magno & perspicaci ingenio viros, qui vero pietatis zelo, contra omnis generis corruptelas & falsa dogmata accensi, veritatem ex ipsis fontibus propugnare, & ad posteros fideliter transmittere, falsitatem verò potenter & animosè refellere possint, quos autem tales dedit, eos quàm diutissimè salvos & incolumes benignè conservet & clementer protegat.

ISAACUS L.

FEGUERNEKINUS.

EPIGRAMMA AD LECTOREM.

Ethnica si veterum, lector, monumenta virorum,
Evolvis vigili nocte dieque manu:
Ut tibi canting at major sapientia rerum,
Quæ possis vitæ commoda ferre tuæ.
Quò magis, ô lector, debes incumbere sacris,
In quibus est summi vox patefacta Dei,
Hæc tibi doctrinæ præcepta recondita pandit,
Hæc animo præbet grata alimenta tuo.
Sed, quia nos rerum nimium nimiúmque retardat
Copia, tunc refert ordinis esse viam.
Hanc qui riè tenet, magna se fruge beabit,
Sentiet & studii præmia certa sui.
Et cùm sit series rerum laudanda probata,
Officium autoris consule, quæso, boni.
Plurima nam paucis complectens ordine pleno,
Ostendit capitis versiculique notas:
Adde quod & sensum breviter subnectit apertum,
Ne subeant mentem tædia longa tuam.
Ergo Deo quisquis carus cupit esse, suisque,
Hoc scriptum magna sedulitate legat.

ANDREAS COROLINUS.

IN LIVIDUM.

Livide, quid rabidos armas in prælia dentes?
Noxia cur tacito pectore bella foves?
Anne quòd ex aliis textum scriptoribus istud
Usibus humanis utile surgat opus?
Desine tam sanctum morsu lacerare laborem,
Virus & invidiæ pone, maligne, tuæ.
Candidus hoc cunctis autor constare peroptat,
Accepta hæc aliis esse ferenda viris.
Nilq, sibi præter magnos superesse labores,
Quos tulit, è longis dum breviora facit.
Dúmque locos certa serie disponit, & addit
Inventis, fuerant quæ accumulanda, prius.
Non tamen iccirco merita frustrabitur ipse
Laude, nec hanc ob rem stellio vanus erit.
Est aliquid longis comprendere plurima verbis,
Majus at est presso stringere plura stylo.
Plurima præstat apis (fateor) quæ intenta labori
Convehit è nitidis lilia lecta jugis.
Sed quoque quæ liquido suspendit nectare cellas
Intus, idem magnis viribus urget opus.
Nunc sua cuique igitur maneat laus: materiâ illis,
Autori formâ conciliante decus.

STEPHANUS GONTSIUS.



& ω pro principio & fine, id eſt, Ante quod nihil eſt,& per quod omnia facta ſunt, quódque ut omnia intereant, ſuperſtes manebit, Eſaiæ 41.4.& 44.9. & 48.12. Apocal.1.8. & 2.8.& 21.6.& 22.13.

Aaron, Vide Aharon.

Abacuc, Vide Habacuc.

Abaddon, Antichriſti epitheton, Apoc.9.11.

Abarim, mons Nebo: hinc conſpicere terram Chanaan Moſes jubetur, Num.27.12.Deut.32.49.illic moritur Moſes,34 v.1.5.

Abba, Vocabulum Syriacum, ter invenitur in novo Teſtamento,Marc. 14.36.Rom.8.15.Gal.4.6.& ubique explanandi gratia additur ὁ πατὴρ pater.Abba(Syriacè)patrem appellat Chriſtus,Marc.14.36. Abba Patrem Deum vocant fideles,Rom.8.15.Galat.4.6.

Abdemelech, Eunuchus Aethiops orat pro liberatione Jeremiæ,Jerem.38.v.8.9. eam impetrat, v.10. procurat & præſtat, v.11.12.13. liberatur à gladio Chaldæorum,39.v.16.17.

Abdenago, appellatur Azarias,Dan.1.7. mittitur in fornacem,3.21.

Abdias, œconomus domus Achab,1.Reg.18.3. ejus pietas in timendo Deo & abſcondendis Prophetis Dei, v.3.4.13.

Abdias Propheta: ejus de Idumæorum excidio vaticinium,Abd.1.1.

Abdon, Judex Iſraelis,Judic.12.13.ejus mors,v.15.

Abel, Vide Habel.

Abel, aliàs Abel-maim, vel Abela (id eſt,luctus,quod nomen fortaſſis ab illa clade accepit, qua afflicti ſunt Ammonitæ, Judic.11.33.) urbs Nephthali à Joab obſidetur.2.Sam.20.15. liberatur mulieris prudentis conſilio,v.22.a copiis Ben-adad feritur,1.Regum 15.20.2.Paral. 16.4.vaſtatur à Theglath-Phalaſar,2.Reg.15.29.

Abesam, Judex Iſrael,Judic.12.8.ejus familia,v.9.mors ejus,v.10.

Abia, filius Samuelis, Judex Iſraelis,1.Sam.8.2.

Abia, vel Abiam, filius Roboam,Rex ſuper Judam conſtituitur,1.Regum 14.31.& 15.1. 2.Paral.12.16. is ſpe in Dominum & oratione percutit Iſraelem,2.Paral.13.v.14.15. moritur,1.Reg.15.8. 2.Paral.14.1.reliquit Aſa regni ſucceſſorem,ibid.Matth.1.7.

Abia, filius Jeroboam,moritur, 1.Reg.14.17.

Abi, vel Abia, vel, ut alii legunt, Abisa, Ezechiæ mater, 2.Reg.18.2. 2.Paral.29.1.

Abiathar Sacerdos,ad Davidem fugit,1.Sam.22.20. eſt in Ceila cum Davide,23.6.ſequitur Adoniam regnum occupare conantem,1.Regum 1.7. ideò privatur ſacerdotio,2.27. juxta illud,1.Sam.2.v.30.32.

Abidam, Princeps Tribus Benjamin,Num.1.11.& 10.24. numerus exercitus ejus,2.23.ejus oblatio,Num.7.v.61.62.63.

Abigail,uxor Nabal, prudentiſſima & ſpecioſa,1.Sam.25.3.Davidem placat,v.35. poſt mortem Nabal Davidi nubit,v.42. captiva abducitur

ab Amalecitis, 30.5.

ABIGAIL, filia Naas, mater Amasæ, 2.Sam.17.25.

ABIGAIL, eam duxit uxorem Roboam, 2.Paral.11.18. ejus filii, v.19.

ABIHAIL, pater Esther, Esth.2.15.& 9.29.

ABIHU & Nadab, filii Aaron, igne absumuntur, Levit.10.2. Num.26.61.

ABIMELECH, Regum Gerar nomen, Gen.20.2.& 26.8.

ABIMELECH, aufert Abrahæ Saram, Gen.20.2. init pactum cum Abrahamo, 21.23. cum Isaaco, 26.31.

ABIMELECH, filius Gedeonis, Judic.8.32. fratribus suis septuaginta occisis, regnat super Israelem, Jud.9.v.5.6. Sichimitę ab eo deficiunt, v.23. Gaal exercitum fugat, v.40. Sichem omnino evertit, v.45. à fœmina læsus, ut ipsum confodiat, armigero jubet, v.53.54.2.Sam.11.21.

ABINADAB, ab ejus ædibus Arca fœderis transfertur, 2.Sam.6.3.

ABIRAM, primogenitus Hiel, 1.Reg.16.34.

ABIRE IN: Abire in voluntatibus suis, pro, sequi consilia sua, Jerem.7.24. Abire in viam gentium, pro, ad exteras & profanas gentes, Jerem.2.18. Matth.10.5. Nam alioqui vias gentium vocant Prophetæ, profanos & impios illarum mores, Jer.10.3. Abire in viam Cain, Judæ v.11. Abire per viam universæ carnis, pro mori. Vide INGREDI viam universæ carnis.

ABIRON, socius Core & Dathan, Numer.16.1. insurgit in Mosen. v.1. à terra absorbetur, v.31.32.& 26.10. Deut.11.6. Psal.106.17.

ABISAG, Sunamitis puella, Davidi seni datur, 1.Reg.1.v.3.4. petitur ab Adonia in uxorem, 2.17.

ABISAI, filius Sarviæ, 2.Sam.2.18.& 16.9.& 19.21.& 20.6.& 23.18. Davidem comitatur, 1.Sam.26.6. Sebam persequitur, 2.Sam.20.6. inter fortes Davidis censetur, 23.18.

ABIU, filius Aaronis, Exo.6.23. cum fratre Nadab comburitur, Levit.10.2. Num.3.4.

ABIUD, filius Zorobabel, Matth.1.13. appellatur Anania, 1.Paral.3.19.

ABLACTATIO: Ablactationis die celebrat convivium Abraham, Genes.21.8.

ABNEGATIO: Abnegatio nostri, sive mortificatio & vivificatio, sive sanctificatio; altera regenerationis pars præcipitur, Matth.16.24. Marc.8.34. Luc.9.23.& 14.26. Rom.6.4. 2.Corinth.4.10.& 5.17. Gal.5.16. Ephes.4.22.& 2.v.5.24.& 4.v.1.2. Tit.2.1.2. Hebr.4.10.& 12.16. 1.Pet.1.22.& 2.v.5.24 & 4.1.1. Joan.5.19. Abnegationis suiipsius & bonorum seu facultatum exempla: Abraham, Gen.12.v.1.4.& 22.v.1.9. Heb.11.8. Moses, Exod.2.11. Actor.7.23. Hebr.11.24. Levi, Deuter.33.v.8.9. Ruth, Ruth.2.11. Elisæus, 1.Reg.19.19. Amasias, 2.Paralip.25.v.9.10. Eleasar senex, 2.Mach.6.19. Apostoli, Matth.4.19.& 9.27. Petrus & Andreas, Matth.4.v.19.20.& 19.27. Marc.1.v.17.18.& 10.28. Luc.5.11. Christi sectatores, Luc.14.26.& 18.22. Zachæus, 19.8. Pii, Joan.12.25. 1.Cor.7.v.29.30 31. Paulus & Barnabas, Actor.15.16.& 20.24.& 21.13. Prisca & Aquila, Rom.16.4. Paulus, Gal.6.4.

ABNEGATIO Christi quàm noxia, Matth.10.v.33.& 26.v.23.59.70. Marc.8.38. Luc.9.26.& 12.9. Joan.9.20.& 12.43. Actor.3.17.& 5.v.20.40.& 9.3.& 15.38.& 27.11. Rom.6.7. 2.Thessal.1.5. 2.Timoth.2.12.& 3.12. Philem.v.13. Hebr.10.28. 2.Petr.1.1. 1.Joan.2.22. Judæ v.4. Abnegationis Christi exempla: Petrus, Mat.26.v.70.72.74. Marc.14.v.68.69.

Luc.

Luc.22.v.57.58.60. Joan.18.v.17.25.27. Abnegatio gratiæ Christi. Vide CHRISTUS.

ABNER, princeps militiæ Saulis, 1.Sam.14.50. constituit Isboseth Regem in Israel, 2.Sam.2.8. admonitionem Domini sui protervè respuit, 3.8. nuntios in Ebron ad Davidem mittit, v.12. hortatur Israelitas, ut relicto Isboseth, Davidem suscipiant, v.17. interficit Asaëlem fratrem Joab, 2.23. à Joab dolo occiditur, 3.27. sepelitur in Hebron, v.32.

ABOMINATIO: Abominatio desolationis in templo, Dan.9.v.26.27. Matth.24.15. Marc.13.14. pro, abominanda desolatio: Hebraismus. Abominatio est coram Deo, omnis idololatria, Deuter.7.25. & 27.15. Abominationes gentium non imitandæ, Levit.20.23. Abominationes gentium. Vide GENTES.

ABORTIVUS: Pœna ejus cujus culpa mulier abortivũ facit, Exo.21.22.

ABRA, ancilla Judith, Judith 8.32. libertate donatur, 16.28.

ABRAM, filius Tharæ, Genes.11.26. ducit Sarai in uxorem, v.29. patria migrare jubetur, 12.1. Act.7.3. descendit in Aegyptum propter famem, Genes.12.10. vir ditissimus est, 13.2. & 24.35. altare Deo erigit, 13.18. vincit quinque Reges, 14.15. ab avaritia longè alienus est, v.23. quondam idololatra fuit, idolisque servivit, Jos.24.2. fide justificatus est, Genes.15.6. Rom.4.3. Gal.3.6. accipit signum fœderis, appellatur Abraham, & quare, Gen.17.5. se & Ismaëlem, & omnes domesticos circumcidit, v.23. promissionem seminis accipit, 15.4. & 17.16. & 18.10. Angelos hospitio excipit, 18,3. orat pro Sodomitis, v.24. peregrinatur in Gerar.20.1. Propheta est, v.1. amicus Dei est, 2.Paral.20.7. Esa.41.8. Jac. 2.23. hæres mundi dicitur, Rom.4.13. hoc est, Dominus, & quidem paternitatis jure omnium orbis populorum, quod certè non carnali, sed spirituali demum ratione fieri potest. Hæredem ergo esse mundi (nam hæreditas Hebræis dicitur etiam id, quod alicui gratis cedit in possessionem, ac nominatim quidem filii dicuntur hæreditas, quæ patri à Deo datur, Psal.127.3.) Hebraico more declarat, totum mundum habere pro filiis, & hac ratione quasi universo mundo potiri. Sic dicitur Christus, totius mundi hæres constitutus, in quo videlicet & ipsemet pater Abraham cum toto mundo adoptatus benedicitur, Heb.1.2. sic dicimur Dei hæredes correlativè, Rom. 8.17. quia sumus hæredes cum Christo, cùm alioquin Græcis & Latinis: Alicujus esse hæredem, declaret, In alicujus bona post mortem succedere. Unde apparet Rom.4.13. & aliis plurimis in locis hæredis vocabulum non accipi propriè. Abraham servus Dei est, Psal.105.6. nascitur ei Isaac ex Sara, Genes.21.2. ejicit Agar ancillam cum Ismaele filio, v.14. plantat nemus in Beersabe, v.33. tentatur à Deo, 22.1. offert arietem in holocaustum loco filii, v.13. emit agrum à filiis Heth, in quo sepelit Saram, 23. v.16. 19. servum mittit ad quærendam uxorem filio Isaac, 24.4. Ceturam ducit uxorem, & plurimos ex ea suscipit liberos, 25.v.1.2. promissiones adeptus, Heb.6.15. moritur, Gen.25.8. sepelitur in duplici spelunca, v.9. commendatur, Eccl.44.20. Abrahæ cor fidele, Neh.9.8. fides, Gen.12.5. & 15.6. Joan.8.56. Act.7.4. Rom.4.18. Heb.11.8. vidit diem Christi, Joan. 8.56. eminus fidei oculis, Heb.11.13. semen ejus, non autem angelos assumsit Dei filius, Heb.2.16. de Abrahamo & semine ejus, vide Josuæ 24.3. Esa.41.8. & 51.2. Ezech.33.24.2. Esdr.9.7. Mat.8.11. Act.7.2. &c. Heb.11.17. pater multarum gentium, & omnium credentium vocatur,

Geneſ.17.5. Eſa.51.2. Matth.3.9. Luc.19.9. Joan.8.39. Rom.4.v.11.12. 16.17.& 9.v.7.8. Gal.3.7. ex operibus juſtificatus dicitur, & quomodo, Jac.2.21. hoc eſt, ex operibus compertus eſt, fuiſſe juſtificatus. Neque enim de cauſis, ſed de effectis juſtificationis eo loci agitur, ex quibus intelligi potuit, ipſum fuiſſe juſtificatum. Vide JUSTIFICARE. Abrahæ filii duplices, Matth.3.9. Luc.3.8. & 19.9. Joan. 8.v.33.37.39. Act.13.26. Rom.4.v.11.16.17.& 9.7. Gal.3.v.7.29. hoſpitalitas, Gen.18.3. obedientia, Geneſ.12.5.& 22.18. & 26.5. Hebr.11.8. pietas, Gen.12.v.7. 8.& 18.19. Abrahæ ſinus, Luc.16.22. Abraham emortuus dicitur vivente Sara, Rom.4.19. Hebr.11.12. cùm alioqui ea mortua plurimos filios generârit, Gen.25.v.1.2. ſed ſenſus eſt: Abrahamum cùm ſuſciperet filium promiſſionis Iſaacum ex Sara, ita non tantùm effœtum fuiſſe, ſed etiam non magis ad generandum habilem, quàm ſi prorſus mortuus eſſet. Veſtigiis fidei Abrahæ incedere, Rom.4.12. eſt credere, ſicut & Abraham credidit. Neque enim id de fructibus fidei, ſed de ipſa fide accipiendum eſt. Filii Abrahæ, qui cenſendi ſint, Rom.4.12.& 9.8. Abraham neſcit nos, Eſa.63.16.

ABSALOM filius Davidis, 2.Sam.3.3. jubet fratrem ſuum Amnon interfici propter ſtupratam ſororem Thamar, 13.v.28.29. fugit, v.34. aſtu Joab & mulieris Thecuitidis revocatur, 14.13. erat pulcher & formoſus, v.25. meſſem Joab ſuccendit, & quare, v.30 domum reverſus recipitur, & oſculatur à patre, v.33. animos populi ſibi conciliat, ut adverſus patrem inſurgat, 15.v.6.10.12. ingreditur Jeruſalem abſente Davide, v.37. aburitur concubinis patris ſui, 16.22. de quercu pendens confoditur à Joab, 18.v.14.15. in foveam projicitur, v.17. lugetur à patre, v.33.

ABSCESSIONIS, vel repudii libellus, Deut.24.1. Matth.5.31.& 19.7.

ABSOLVERE, pro æquo animo ferre, & condonare injurias, Luc.6. 37. pro ſolvere ſimplici, 13.12.

ABSOLUTUM veri Paſtoris exemplar proponitur, 1.Tim.1.v.1.2.&c.

ABSTEMIUS ne ſit Timotheus hortatur Apoſtolus, 1.Tim.5.23.

ra pœnitentia, seu resipiscentia absque regeneratione esse nequit. Atqui nemo nisi per Euangelium Spiritu Sancto intus per fidem agente & operante regeneratur, quam regenerationem externo quasi signo obsignat Baptismus, Tit. 3.5. Ergo neq; pœnitentię prædicatio alterius quàm Euangelii est propria. Sextò, quia fides & pœnitentia salutaris indissolubili nexu cohærent: quomodo enim quis verè resipiscat, nisi idem spem etiam de venia, quam nobis offert Euangelium, concipiat. Atqui fides per Euangelium annuntiatur, & per illud tanquam medium infunditur & ingeneratur à Spiritu Sancto, utpotè quæ in Euangelicas promissiones solidè recumbit, & animos sensu iræ & judicii divini perculsos non terret, sed potius Euangelicis promissionibus solatur, & spe misericordiæ ac veniæ peccatorum, ne succumbant (ut Caino, Judæ, &c. contigit) erigit. Lex autè ex fide non est, Gal. 3.12. hoc est, non pronuntiat justum eum qui credit, sed qui fecerit, quod ipsa præcipit. Quare liquet, ejusdem esse prædicare pœnitentiam & remissionem peccatorum, cujus est annuntiare fidem, unicum illud salutis nostræ ac Christi apprehendendi instrumentum. Septimò, quia Legis prædicatio nisi Euangelio tanquam dulcissima Legis ἐπιείκεια temperetur & mitigetur, perpetuò talem efficit timorem, qui certum sit ad desperationem & mortem iter, 2. Cor. 7.10. ac proinde Lex salutarem illam pœnitentiam, quæ ex dolore secundum Deum nascitur, & salutem sibi adjunctam habet, 2. Cor. 7.10. prædicare non potest. Octavò, quia impossibile est Legem se præstantiorem producere effectum. Atqui si Legis munus esset prædicare pœnitentiam salutarem, & Lex eam in nobis operaretur, produceret effectum se præstantiorem: Lex enim ipsa neminem unquã justificavit, nec justificabit, sed perpetuò & sine ulla intermissione & remissione suum illum rigorem urget: pœnitentia autem salutaris, seu μετάνοια, quam resipiscentiam vocamus, salutem efficit, teste Paulo, 2. Cor. 7.10. Nonò, quia Joannes Baptista prædicabat pœnitentiam, Matthæi 3. ver. 2. 8. Atqui Joannes Baptista erat ἀρχηγὸς novi Testamenti, & Euangelii potissimùm præco. Decimò, quia ipse etiam Christus, qui est Euangelii & subjectum & scopus, Rom. 1.3. Act. 4.12. 1. Joan. 2.12. prædicavit pœnitentiam, Matth. 4.7. eámq; Discipulis, ut in toto terrarum orbe prædicarent, in mandatis dedit, Luc. 24.47. cùm alioqui Euangelii prædicationem illis singulariter & seriò demandârit, Marc. 16.15. quod Apostolos feciisse liquet ex Marc. 6.11. Luc. 9.6. Act. 20.21. & 26.20. & 17.30. 2. Petr. 3.9. Undecimò, quia inseparabili vinculo conjuncta est pœnitentia salutaris, & promissio gratiæ ac remissionis peccatorum. At promissio gratiæ ac remissionis peccatorum per Christum Mediatorem fide apprehensum, est Euangelii proprium. Duodecimò, idem manifestè evincitur ex collatione duorum locorum, ubi hæ phrases & verborum formæ, Euangelizare, & prædicare pœnitentiam, inter se permutantur, Marc. 6.12. Luc. 9.6. Nam quod Lucas dixit Euangelizare, Marcus illud ipsum explicans dixit, prædicare, ut resipiscerent homines: quasi dicat, Euangelium esse prædicationem pœnitentiæ & remissionis peccatorum in nomine Christi, Luc. 24.47. Decimotertiò, quia tutissimum est in docendo & tradendis dogmatibus doctrinæ cœlestis sequi phrasin Scripturæ sacræ. At Scriptura sacra pœnitentiæ salutaris prædicationem adeò non excludit à doctrina ministerii Euangelici propria,

ut

ut expressè illam ad Euangelium referat, ut patet ex Esaiæ 61. 1. Ezech. 33. 11. Matthæi 3. 2. & 9. 13. Marci 16. 16. Lucæ 4. 18. & 24. v. 46. 47. Actor. 5. 3. & 11. 18. & 14. 15. & 17. 30. & 20. 21. & 26. 20. 2. Petri. 3. 9. Decimoquartò, & postremò, quia Spiritus Sanctus per Euangelium arguere dicitur incredulitatis peccatum, Joan. 16. 9. Atqui quemadmodum non in Lege, sed in Euangelio patefit, incredulitatem in Filium Mediatorem (quem audire jubemur, Matthæi 17. 5.) esse peccatum, ita etiam non per Legem arguitur incredulitas in Filium, quam Lex ignorat esse peccatum, sed per Euangelium, quod illum audiendum & honorem illi deferendum præcipit, Psalm. 2. v. 6. 11. 12. 13. Esaiæ 53. 11. Quare quum incredulitas in Filium Legi ignota sit, vel maximè eam, ut peccatum arguere, ac proinde pœnitentiam etiam de ea prædicare non potest. Neque tamen interim dum pœnitentiæ salutaris prædicationem Euangelii ministerio adscribimus, Legem penitus tollimus, & sic Antinomis favemus. Nam fatemur Legem monstrare peccata ipsi nota, Roman. 3. 20. ad quorum pœnitentiam nos invitat euangelium. Et agnoscimus Legem Dei, quam usitatè Decalogum appellamus, normam esse vitæ Christianæ: sed hæc duo præcipua doctrinarum genera distincta esse volumus, ne quo modo confundantur, ac quadruplicem hanc inter illa differentiam constituimus. Differunt enim Lex & Euangelium primò notitia, Rom. 2. 15. Joan. 1. 18. Secundò forma promissionum, Deuter. 27. 26. Matth. 19. 17. Luc. 10. 28. & Rom. 4. 16. Tertiò, effectibus, qui Legi & Euangelio attribuuntur diversi, 2. Cor. 3. v. 6. 7. 8. 9. Quartò, applicatione ad objecta diversa, seu ad diversos hominum gradus, 2. Tim. 2. 15. Esai. 61. 1. Luc. 4. 18. Gala. 5. v. 22. 23. 1. Tim. 1. 9. Vide EUANGELII & Legis discrimen.

EUANGELIO omnia posthabenda, Matth. 13. 46.

EUANGELISTAE dantur Ecclesiæ à Christo, Ephe. 4. 11.

EUANGELIZARE absolutè positum, pro prædicare, 1. Cor. 15. 2.

EUANGELIZARI passivè, pro Euangelium annuntiari, aut Euangelii prædicatione dignari, Esai. 61. 1. Matth. 11. 5. Luc. 4. 18.

EUANGELIZANTI debetur necessaria vitæ sustentatio, Matth. 10. 9. Marc. 6. 8. Luc. 9. 4. & 10. 7. Rom. 15. 26. 1. Corin. 9. v. 7. 11. 13. Gala. 6. 6. 1. Tim. 5. 17. 2. Tim. 2. 6. Vide ECCLESIA.

EUCHARISTIA: Eucharistiam sub una tantùm, panis nimirum specie, Joan. 6. 58. datam esse à Christo, Luc. 24. v. 30. 31. ab Apostolis, Act. 2. 42. & 20. 7. probant Pontificii, quorum in utroque loco aiunt ἄρτον panem Syrios vertisse, Eucharistiæ nomine. Item in Eucharistia substantiam panis non remanere post consecrationem, sed esse verum Christi corpus & sanguinem, probare nituntur ex verbis institutionis, Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. Item Joan. 6. 51. Eucharistiam præterea in publicis supplicationibus circumferendam esse, eò quòd id præfiguratum sit, Josue 6. ver. 6. 7. 11. &c. 1. Sam. 4. 3. 2. Sam. 6. v. 4. 5. 6. eámq; demum adorandam esse, Psal. 22. v. 28. 30. & 99. 5. Joan. 9. 38. quæ quid sunt aliud, quàm meræ blasphemiæ in Filium Dei, & manifestæ profanationes sacrosanctæ Cœnæ Dominicæ?

Εὐδοκία, Latinis benevolentia, pro Euangelio, Luc. 2. 14. pro gratuito & infinito illo Dei in electos amore, quos ipse prior ante tempora æterna in Filio dilexit, Ephe. 1. ver. 5. 9. pro mutua hominum inter se amicitia, qua fit ut alii aliorum commodis studeant, Roman. 10. 1. pro ea charitate,

charitate, qua homines ipsum Deum diligunt, Philip. 1.15.

EVILMERODAC, Rex Babylonis, 1.Reg.25.27.

EUNICE, mater Timothei, Judæa fidelis, Act.16.1. 2.Tim.1.5.

EUNUCHUS: Eunuchi nomen propriè muneris & actionis est nomen: eorum videlicet, qui in gynæceo adhibebantur, quasi fœminarum cubilis custodes: qui cùm plerunque deligerentur castrati, hinc factum ut de castratis quibusvis diceretur promiscuè. Eunuchi ab Ecclesia Judaica arcendi, Deut.23.1. Eunuchus Candaces Reginæ, Scripturam sacram legit, Act.8.28. baptizatur à Philippo, v.38. Eunuchorum diversa genera, ut sunt spadones, thlibiæ, & castrati, Matth.19.12. Regum servi Eunuchi vocati, Gen.39.1. 1.Sam.8.15. Dan.1.11.

EUPATOR venit in Judæam, 2.Mach.13.1.

EUPHRATES fluvius è Paradiso terrestri manat, Gene.2.14. terræ Chananææ terminus est, Deuter.1.7. Jos.1.4.

EUTYCHUS adolescens, præceps è fenestra ruens, moritur, Act.20.9. excitatur à Paulo, v.12.

EXACTIO, Vide TRIBUTUM.

EXALTANTES se humiliabuntur, Luc.14.11. & 18.14. Matth.23.12.

EXASPERANDUS Deus non est, 1.Sam.12.14.

EXAUDIRE quando dicatur Deus per ignem, 1.Reg.18.24. Exaudit Deus afflictos clamantes, Exod.22.27. Exaudit Mosen pro Israele orantem, 32.14. Num.14.20. Deut.9 19.

EXCAECATIONIS nostræ causa peccatū, Esa.59.9. Vide CAECITAS.

EXCELSA erecta, & ædificata à Salomone, 1.Reg.11.7. Jeroboamo, 12.13. universa Judæa, 14.23. Israelitis, 2.Reg.17.9. Jerem.7.31. & 19.5. Manasse, 2.Reg.21.3. Joram, 2.Paral.21. v.10.11. sublata ab Ezechia, 2.Reg.18.4. Esa.36.7. Josia, 2.Reg.23.13. 2.Paral.34.3. Asa, 14.3. Josaphat, 17.6. Israelitis, 3.1. à populo, contra suorum fidelium Regum exemplum retenta: ab Asa, 1.Reg.15.14. Josaphat, 22.44. 2.Paral.20.23. à Regibus non omninò malis pessimè tolerata: à Joas, 2.Reg.12.3. Amasia, 14.4. Azaria, 15.4. Joathan, ver.35. in Excelsis, ante ædificationem Templi, immolat populus, 1.Reg.3.2. Excelsorum Sacerdotes occiduntur à Josia, 2.Reg.23.20.

EXCOMMUNICARE idem est apud Christianos, quod Judæis Synagoga moveri, Joan.9.22. & 12.42. & 16.2. nempe nomen expungi è populo Dei, ut explicatur, Luc.6.22. sicut Latinis dicebantur, Capitis diminutionem pati, qui ex albo à Censoribus expungebantur. Quæ pœna omnium maximè formidabilis est in Dei Ecclesia, sed ita demum, si Censores Dei fuerint instrumenta: id est, ex Dei verbo quispiam legitimo veræ Ecclesiæ indicio damnetur, alioquin præstat ex impiorum consortio ejici, quàm inter eos numerari, Psal.1.v.1.2.

EXCOMMUNICATIO in Ecclesia necessaria est, Matth.18.17. 1.Cor.5.v.3.4.5.6. 2.Thess.3.14. 1.Tim.1.20. Tit.1.11. Excommunicatio legitima quanti fit apud Deum momenti, Matth.18.18. abusus, 3.Joan.10. Excommunicationis finis & scopus: primus, ut excommunicatus pudore victus, ad pœnitentiam excitetur, & deflectat à malo, 1.Cor.5.5. 2.Corinth.2.7. 2.Thessal.3.14. 1.Tim.1.20. Secundus, ne contagio ad reliquos serpat, 1.Corinth 5.v.6.7. Excommunicationis jus erat olim non penes unum quempiam (ut patet 1.Cor.5.4.) sive Episcopum, sive ab Episcopo delegatum, sed penes Pastorem & eorum cœtum, quos peculiari

peculiari appellatione Gubernatores vocat Apoſtolus, 1.Cor.12.28, & Presbyterium, 1.Tim.4.14. (vide ECCLESIAE ſignificata. &, SENIORES. &, PRESBYTERI.) quibus Eccleſiaſticæ diſciplinæ cura committebatur, quamvis conſcia tota Eccleſia: alioquin quomodo excommunicatorum familiarem conſuetudinem vitaſſet? Excommunicationis & ſeparationis exempla Adam & Eva, Gen.3.24. Leproſi utriuſque ſexus, Num.5.v.1.2.3. Maria, 12.15. Core, Dathan, & Abiron, 16.v.24.25.26.27. Achan, Joſue 7. v. 24. 25. Ananias etiam & Saphira ſunt ſpecies quædam, & triſtiſſimum excommunicationis exemplum, Act.5.1.&c. Judæi, 13.46. Corinthius, inceſtuoſus, 1.Cor.5.5. Pſeudoapoſtoli, Gal.1.v.8.9. Hymenæus & Alexander, 1.Tim.1.20. Phygellus & Hermogenes, 2.Tim.1.15.

EXCUSATIO: Excuſationis legitimæ exempla: David, 1.Sam.17.29. Achimelech, 22.15. Chriſtus, Matth.12.3. Excuſationis modeſtæ exempla: Fratres Joſeph, Geneſ 42.10. Ruben, Gad, & dimidia Tribus Manaſſe, Joſue 22.v.22.23.24. Gedeon, Judic.8.v.1.2.3. Anna, 1.Sam.1 15. Daniel, Dan.6.22. Excuſationis peccati exempla: Adam & Eva, Gen. 3.v.12.13. Judas, 44.16. Judæi, Jerem.2.35. Excuſationis ineptæ exempla: Sara, Gen.18.15. Saul, 1.Sam.13.v.11.12.13.& 15.v.15.20. vocati ad cœnam magnam, Luc.14.18. Excuſationis ironicæ exemplum: Paulus, Act.23.5.

EXEMPLA: Exempla mala cavenda, Pſal.18.27.& 32.9.& 141.4. Matth. 6.2.& 23.3. Rom.12.2. Hebr.3.8. Exemplorum uſus, Deut.3. 21. & 24.9. & 29.22. Joſ.22.v.17.20. Judic.11.25. Ruth.4 11.1.Sam.6.6.2.Sam.11.21. 2.Reg.9.v.30.31.1.Paralip.15.13.2.Paral.16.8. Nehem.13.v.18.26. Job. 6.19. Pſalm.34.5. & 83.10. Eſai.51.2. Jerem.7.12. & 26. v.6.18. & 44.21. & 49.18. & 50. 40. Ezech.20. 36. Daniel.5. v. 21.22. Oſeæ 4. 15. & 12.v. 3.4. Amos 4.11. Matth.5. 22.& 6. v. 26. 28. & 12.3. & 24.37. Marc.2.26. Luc.1.36. & 4.25. & 6.23. & 17.v.26.28.32. Act.5.36. Roman.4.v.1.23.& 11.2 & 15.3. 1.Corinth.10.v.6.11. 2.Corinth.8.9. Galat.3.6. & 4.22. Jac. 5.v.10.17. 1.Petr.3.v.5.6.

EXEMPLAR noſtrum Chriſtus, Joan.13. 15. Philip.2.5. &c. 1.Petr.2.21. Exemplar vitæ & doctrinæ Paulus, Philip.3.17.

EXEQUIAE celebrantur, Geneſis 23.2. & 50.10. Deuteron.38.4. 2.Samuel.3.31.

EXERCITUS cœli, pro Angelis, Luc.2.13. pro Sole & Luna cum reliquis ſyderibus, Act.7.42. ut apparet ex Deut.17.3.

EXHORTARI poſſe, Dei donum eſt, Rom.12.8. Exhortandi invicem ſumus per ſingulos dies ad fidem in Chriſtum, Hebr.3.13.

EXHORTATIO, pars Prophetiæ, 1.Cor.14.3. Exhortationes doctrinam ſequi debent, Rom.6.v.11.12.& 8.v.11.12. 1.Cor.9.24. piis ſunt neceſſariæ, 2.Cor.6.1. & 13.10. Ephe.4.25. Philip.4.1. 1.Theſ.2. 12. & 3.2. 1.Timoth.4.12.& 6.2. 2.Tim.3.16.& 4.2. Tit.1.9.& 2.v.1.15. Heb.3.12.& 13.v. 16.22. 1.Pet.1.13. 2.Pet.3.1. 1.Joan.2.12.& 4.7.& 5.19. Exhortationum bonarum exempla: Dominus Deus omnipotens, Geneſ.4.v.6.7. Loth, 19.7. Rebecca, 27.v.9.43. Ruben, 37.22. ſoror Moſis, Exod.2.v.7.8. Jethro, 18.21. Abigail, 1.Samuel.25.v.24.25.26.32. Abner, 2.Sam.2.21. Aggæus & Zacharias, 1.Eſdr.5.1. Tobias, Tob.4.v.4.5. Parentes Saræ, 10. 12. Judith, Judith.8.ver.9.10. Abdemelech, Jeremiæ 38.ver.9.10. Mathathias, 1.Mach.2. 50. Judas Machabæus, 3. v. 18. 19. Mater ſeptem filiorum,

filiorum, 2.Mach.7. v. 1.2.27.28. &c. Vide CONSILII boni exempla. &, PRAEDICATIO. Exhortationis pii Regis ad populum exempla: Josaphat, 2.Paralip.20.v.20.21, Ezechias, 32.7.

EXIRE & introire, Vide INGREDI & EGREDI. Exitus pro morte, Luc.9.31.

EXORCISTAE: Exorcistæ vocabantur, qui Dæmones ejiciebant, addita per Dei nomen obtestatione, quam vulgò Conjurationem vocant. Vide ADJURARE. Exorcistæ tempore Pauli, Act.19.13.

EXPIATIONIS aqua, dicitur aqua peccati, Num.8.7. eò quòd adhiberetur ad expiandum peccatum, quæ quomodo confici deberet, præscribitur, 19.1.&c. Expiatio juramenti & aliorum peccatorum, Levit.5. 1.&c. Num.5.6, Sanctuarii, Tabernaculi, Altaris, Levit.16. v.14.16.18. Expiationum dies, 23.27. Expiationum festum, 16.v.29.30.

EXPLORATORES terræ Chanaan, Num.13.3. Deut.1.22. Exploratores mittuntur Jerichunta, Josue 2.1.&c. Rahab meretricis hospitio excipiuntur, v.4. ab ea occultantur, v.6. per fenestram fune salvi demittuntur, v.15. Rahab hospitam ex incendio urbis Jerichuntinæ liberant, 6. v.2.3. Exploratores terræ promissionis moriuntur omnes, præter Caleb & Josue, Num.14.v.36.37.

EXPOSTULATIO: Expostulationis justæ exempla: Pharao, Gene.12. 18. Abimelech, 20.9. Jacob, 29.25.& 31.36. David, Psal.82.2. 1.Sam.20. 1. Joab, 2.Sam.14.31. Nehemias, Neh.13.11. Dominus Deus omnipotens, Jere.2.5. quidam ex Circumcisione, Act.11.3. Expostulationis futilis exemplum: Laban, Genes.31.ver.26.27. malignæ exempla: Israelitæ, Exod.14.11.

EXPROBRATIO: Exprobrationis malignæ exempla: Hebræus, Exodi 2.14. Phenenna, 1.Sam.1.6. Principes Sacerdotum, Matth.27.42. Marc. 15.31. populus, Lucæ 23.35. Pharisæi, Joan.9.34. Exprobrationis beneficiorum exempla: Dominus Deus, Judic.6.9.& 10.v.11.12.13. Vir Dei, 1.Sam.2.27. Samuel, 10.ver.17.18.& 12.ver.7.8.9.& 15.17. Nathan, 2.Sam.12.7. Ahia, 1.Reg.14.7. Jehu Propheta, 16.2. Exprobrationis vitiorum exempla: Jehu, 2.Reg.9.22. Propheta, Esa.3.13.& 57.4. Ezech. 16.14. Dominus Deus Israel, 34.3. Abd.v.11. Mich.6.4. Christus, Matth. 8.26.& 11.20.& 14.31.& 15.16.& 16.8.& 17.17. Marc.14.48.& 16.14. Luc.24.25. Joan.3.10.& 4.48.& 5.40.& 6.v.26.36.& 7.19. Petrus, Act.3. v.13.14.& 4.v.10.11.& 5.30. Joannes Baptista, Matth.14.4. Stephanus, Act.7.51. Paulus & Barnabas, 13.46. Paulus, 2.Cor.12.11.& 13.3. Gal.1. 9.& 3.1. Apostolus, Hebr.5.12.

EXTERIOREM hominem quid vocet Paulus, Vide HOMO.

EXTERORUM nomine, Marc.4.11. 1.Corinth.5.12. intelliguntur, quicunque non accensentur fidelium cœtui.

EXTERIORES tenebræ, Vide TENEBRAE.

EXULUM & profugorum reditus tempus, Num.35.32. Exulum exempla: Adam & Eva, Gen.3.24. Cain, 4.16. Abraham, 12.1. David, 2.Samuel.15. v.13.14.16. Elias, 1.Regum 19.3. Israelitæ, 2.Regum 17.v.5.6. Oseæ 9.v. 3.4. Joseph, Maria & Christus, Matth.2.13. (Versus:

Exul erat Christus, comites nos exulis hujus
Esse decet, cujus nos quoque membra sumus.)

Paulus & Barnabas, Act.13.v.50.51. Aquila, Priscilla: & fideles Judæi, Act.18.v.1.2. Pii in hoc mundo peregrinantes, 2.Corinth.5.6. Hebr.11.

v.13.14. & 13.14.

EZECHIAS filius impii Achazi, pius Rex Juda, 2.Regum 18.1. 2.Paral. 28.27. vir admodum pius est, 2.Regum 18.5. instaurat Templum, 2.Par. 29.3. Phase celebrari jubet, 30.1. Populum ut Deo fidat hortatur, 2.Paralip. 32.7. pro Urbis liberatione Dominum deprecatur, 2.Regum 19.15. 2.Paralip. 32.20. Esaiæ 37.16. liberationis signum illi datur, v.30. ægrotans Deum orat, 2.Reg.20.3. Esa.38.2. vitæ integræ fuit, 2.Reg.20.3. reprehenditur, v.12.14. Esai.39.v.1.15. signum recuperandæ sanitatis accipit, Esai.38.7. ejus convalescentis scriptum, ver.9.10. &c. moritur, 2.Regum 20.21. 2.Paralip.32.31. gloria ejus quanta, 2.Paralip.32.27.

EZECHIEL Propheta: tempus Prophetiæ ejus, Ezechiel.1.1. cum aliis captivus vehitur in Babylonem, ibidem. vocatur & mittitur, 2.3. jubetur volumen comedere, 3.1. adducitur in spiritu in Jerusalem, 8.3. commendatur, Eccli.49.10.

F

FABER ferrarius & ærarius primus, Tubalcain, Gen.4.22. Faber ferrarius deficit in Israel, 1.Sam.13.19. Fabet erat Joseph putativus Christi pater (Luc.3.23.) Mariæ Virginis sponsus, Mat. 13.55. Marc.6.3.

FABULA: Fabulæ pro falsis & inutilibus doctrinis, 2.Timo.4.4. eas passim amplectuntur homines, ibid. Exempla: Fabula de Diana Ephesina, Act.19.35. Vide DIANA. Judæi, 1.Tim.1.4. Fabulæ vitandæ, ibid. Tit.1.14. 2.Petr.1.16. in Fabulam fuerunt aliis Judæi inobedientes, Deut.28.37.

FACERE nomen, pro acquirere, Gene.11.4. & 12,2. Deut.8.17. Facere, pro ponere, aut statuere, Matt.12.33. pro eligere, aut designare, Marc. 13.14. Facere, pro sacrificare accipiunt Pontificii, Levit.15. ver.15.30. Num.6.v.11.16. & 8.12. & 9.v.2.4.10.14. Judic.13.16. Luc.22.9.

FACIENDA alius, quæ nobis fieri volumus, Matth.7.12. Luc.6.31.

FACIAT tibi Deus, hæc & hæc addat, modus adjurandi apud Hebræos, 1.Sam.3.17.

FACTOR noster Deus, Deut.32.15. Factores, non auditores verbi justi fiunt, Matthæi 7.21. Rom.2.13. Jacobi 1.22.

FACIES, Hebræorum more, pro externa facies, & quasi vultus rerum quarumlibet, Matth.16.3. Facies Dei præcedebat Israelitas, Exod.33. ver.14.17. juxta faciem non judicat Deus, 1.Sam.16.7. ut faciem suam ostendat nobis Deus, orandum, Num.6.25. Facie ad faciem locutus est Mosi Deus, Exod.33.21. Deuter.5.4. & 34.10. Facie ad faciem quando Deum simus cogniturí, 1.Corin.13.12. Vide 1.Joan.3.2. in Faciem cadere Hebræis, est pronos adorare, Matth.17.6. Facierum panes qui vocentur, Vide PANES facierum.

FACILITAS nimia, Vide CREDULITAS.

FALLACIA: Fallaciæ, præsertim mulierum exempla: Serpens, Gen.3. 4. duæ filiæ Loth, 19.31. Rebecca, 27.v.6.7. Rachel, 31.35. Thamar, 38.v. 13.14. Uxor Putipharis, 39.v.17.18. Rahab, Jos.2.v.4.5.6. Jahel, Judic.4. v.16.17.18. Dalila, 6.v.15.16. Michol, 1.Sam.19.v.12.13.14.15.16.17. Jonathas, 20.v.21.22. David, 26.v.10.11.12. Mulier Thecuitis, 2.Sam.14.6.

Mulier

Mulier quædam, 17. 19. Judith, Judith. 11. ver. 4. 5. &c. Vide MULIERUM astutiæ. &, ASTUTIAE mulierum exempla.

FALSUS Propheta, Vide PSEUDOPROPHETAE.

FALSUM testimonium non dicendum, Exod. 20, 16. Deut. 5. 20.

FALX, μετωνυμικῶς, pro Messore, Marc. 4. 29.

FAMA bona præstantior divitiis, eóque expetenda, Prover. 22. 1. Eccles. 7. v. 1. 2. Eccli. 41. v. 15. 16. quatenus illius habenda ratio, Roman. 12. 17. 2. Cor. 5. 12. & 6. 4. & 8. 2. & 13. 7. 1. Tim. 3. 7. 2. Petr. 2. 12. & 3. 16. Famæ bonæ exempla: Salomon, 1. Regum 10. v. 1. 2. 2. Paralip. 9. v. 1. 2. Matth. 12. 42. Luc. 11. 31. Mardochæus, Esth. 9. 4. Judas Machabæus, 2. Machab. 8. ver. 5. 6. 7. Joannes Baptista, Matth. 11. 11. Christus, 9. 31. & 14. 12. Luc. 4. 14. Zacharias, & Elizabeth, Luc. 1. 6. Simeon, 2. 25. Paulus, 2. Corin. 6. ver. 4. 8. Famæ malæ exempla: Filii Heli, Ophni & Phinees, 1. Sam. 2. vers. 23. 24.

FAMES à Deo est, Gene. 41. vers. 30. 32. Levit. 26. v. 20. 21. Deuter. 28. 18. 2. Reg. 8. 1. Psalm. 105. 16. Esa. 3. 1. Ezech. 4. 16. & 5. 17. & 14. 13. Vide AFFLICTIONES à Deo. Famis causa peccatum, Amos 4. 6. Fames quãtum malum, Thren. 4. 9. Fames & annonæ caritas, Gene. 12. 10. & 26. 1. & 42. 1. &c. 43. 1. &c. 44. 1. &c. 45. 1. &c. 47. 1. &c. Exod. 16. 3. Deut. 28. 53. & 32. 24. Ruth. 1. 1. 2. Sam. 21. 1. & 24. 13. 1. Regum 8. ver. 37. & 18. 2. 2. Reg. 4. 38. & 6. 25. & 8. 1. & 25. 3. 2. Par. 6. 28. & 20. 9. 2. Esdr. 5. 1. &c. Psalm. 36. 19. Esa. 5. 13. &c. Jerc. 14. 1. & 12. 15. & 15. 2. & 29. 17. & 34. 17. Ezech. 5. v. 12. 16. & 6. 11. Joel. 1. 1. &c. Amos 4. 6. Agg. 1. v. 6. 10. & 2. 17. Matt. 24. 7. Luc. 4. 25. & 15. 14. Act. 7. 11. & 11. 28. Rom. 8. 35. 2. Cor. 8. 14. & 11. 27. Apoc. 6. 8. & 8. 18. Fames duplex: Fames verbi Dei, & panis caduci, Amos 8. 11. Vide 1. Sam. 3. 1. 2. Par. 15. 3. Ose. 3. 4. & 4. 1. Fames prædicitur, Ezech. 4. 9. Act. 11. 28. Fames in toto orbe Abrahæ temporibus, Gene. 12. 10. Fames ob violatam Gabaonitis fidem, 2. Sam. 21. . Famis in diversis & locis & temporibus exempla: Tempore Abrahæ, Gen. 12. 10. Isaaci, 26. 1. Jacobi & Josephi, 41. v. 53. 54. & 42. 5. & 43. v. 1. 2. & 45. v. 5. 6. & 47. v. 13. 20. Judicum, Ruth. 1. 1. Davidis, 1. Sam. 21. 1. Eliæ in Samaria, 1. Reg. 18. 2. Luc. 4. 25. Elisæi, 2. Reg. 4. 38. & 8. 1. Joram Regis Israel, in Samaria, 6. ver. 25. 26. 27. in Jerusalem tempore Sedechiæ, 25. 3. Jerem. 52. v. 4. 5. 6. Thren. 4. 4. in Jerusalem, 1. Machab. 6. v. 32. 53. 54. in arce Jerusalem, 13. 49. in Bethulia, Judit. 11. 10. Nehemiæ tempore, Nehem. 5. vers. 1. 2. 3. Judæ Machabæi, 1. Machab. 9. 24. in prodigo Filio, Luc. 15. 14. Claudii Cæsaris temporibus, Act. 11. 28. Miserandam etiam & stupendam famem minatur Moses populo Israelitico, si divinæ Legis custodiam abjicientes, Deo rebelles esse perrexerint, Deut. 28. v. 51. 52. 53. &c. ita ut liberos etiam proprios comedere cogantur: quod ante Christum natum factum esse legimus, 2. Regum 6. ver. 28. 29. Post Christi autem nativitatem, & in cœlos ascensionem idem factum esse anno Christi LXXII. testatur Josephus lib. 7. Historiæ suæ, de Bello Judaico, cap. 8. Titi Vespasiani in obsidione urbis Jerosolymorum, tempore. Imò minatur Deus, Deut. 28. 57. tantam famem, ut teneriimæ mulieres, quæ pro plantarum pedis teneritudine incedere non valebant, secundinas comesturæ essent. Vide GRAVISSIMAM Dei comminationem, Levitici 26. 26. Jerem. 19. 9. Ezech. 5. 16.

FAMILIAE cura habenda, Proverb. 27. 23. 1. Tim. 5. 8. Familiam docebat Abraham, Gen. 18. 19.

FAMILIARITAS nimia interdum periculosa, Proverb. 25. 17. Vide AMICUS. &, AMICITIA.

FAMULI: Famulorum & famularum officium, Vide SERVORUM & ancillarum officium.

FASTUS, Vide AMBITIO. &, SUPERBIA.

FATUUS, pro insipido, vel saporis experte, Matth. 5. 13. pro stulto & quasi cerebro vacuo, v. 22. Fatue, qui dixerit fratri, quid commereatur, ibid. Vide HOMICIDARUM qui contra hominum opinionem homicidii rei apud Deum censentur, gradus.

FEBRIS: Febri percutiuntur Præceptorum Dei violatores, Deut. 28. 22. Febribus quidam levantur, Vide MIRACULA.

FEL draconum, vinum Judæorum, Deut. 32. 33. Fel germinans radix in corde infidelis, 29. 18. Fel amaritudinis Petro, Act. 8. 23. est interior cordis malitia, & virus illud Diabolicæ impietatis, quo Magus ille totus erat oppletus: alludere autem videtur Petrus ad locum Deut. 29. 18. Radix, fel, & absinthium germinans, evellenda, ibid.

FELIX, Judææ Præses, Act. 23. 24. Paulum vinctum humaniter tractat, 24. 24. avaritiæ studio liberationem Pauli differt, v. 27. ad Pauli de judicio divino concionem, expavescit, ver. 25. 26. Judæis gratificatus Paulum vinctum relinquit, v. 28.

FEMINALIA: Feminalibus utebantur Aaron & filii ejus, & quare, Exod. 28. v. 42. 43.

FEMUR: Femori manum admovendi mos, Genesis 24. 2. & 47. 29. qui ritus olim usitatus fuit in iis juramentis, quæ superiores à domesticis exigebant.

FERIAE, Vide SOLENNITAS.

FERMENTUM: Fermento in Paschæ celebratione non utendum, Exodi 12. 15. & 13. v. 6. 7. qui fermentum comedisset in Phase celebratione, moriebatur, ibid. Fermentum in oblationibus non permiscendum, Levitici 2. 11. Fermentum in bonam partem, Matth. 13. 33. ubi Ecclesia comparatur fermento reposito in farina. In malam, pro pestilenti doctrina, Matthæi 16. 6. Lucæ 12. 1. Galat. 5. 9. Allegoricæ pro eadem accipi potest & Levitici 2. 11. & 6. 16. Deuter. 16. 3. Fermentum veteris malitiæ expurgandum, 1. Corinth. 5. 7. Fermenti parabola, Vide PARABOLA.

FERRUM natare facit Elisæus, 2. Reg. 6. 6.

FERREUM cœlum peccatoribus, Levit. 26. 19. Deut. 28. 33. Ferreum jugum inobedientibus, v. 48.

FERTILITAS magna in terra Aegypti, Genesis 41. 47. à Deo est, Esai. 55. 10.

FERVOR spiritus, piis necessarius, Rom. 12. 11.

FESTINATIO bona commendatur, Hebr. 4. 11. 2. Petr. 3. 12. Festinationis bonæ exempla: Abraham, Genes. 18. 6. Loth, 19. 22. Rachel. 31. 34. Uxor Manue, Judic. 13. 10. David, 1. Sam. 17. 48. 2. Sam. 15. 14. Abigail, 1. Sam. 25. 18. Semei, 2. Sam. 19. 16. Mulieres, Matth. 28. 8. Bartimæus cæcus, Marc. 10. 50. Maria, Luc. 1. 39. Pastores, 2. 16. Zachæus, 19. 6. duo Discipuli, 24. 33. Samaritana, Joan. 4. 29. Paulus, Act. 20. 28. Philip. 2. 28. 1. Thes. 2. 17. Timotheus, 2. Tim. 4. 9. Titus, Tit. 3. 12. Festinatio vitiosa cavenda, Prov. 18. 13. & 19. 2. & 28. v. 20. 22. Esa. 59. 7. Rom. 3. 15. 1. Tim. 5. 21. Jac. 1. 19. Festinatio nimia corrigenda, 2. Pet. 3. v. 8. 9. 10. Festinationis

malæ

malæ exempla: Nutrix Miphiboſeth, 2. Samuel. 44. Eunuchus Achabi, 1. Reg. 22. v. 9. 11. Curſores Aſſueri, Eſth. 3. 15. Samſai Scriba, 1. Eſd. 4. 23. Peccatores, Prov. 1. 16. Eſai. 59. 7. Rom. 3. 15. Nabuchodonoſor, Dan. 2. 13. Judæi, Agg. 1. 9. Antiochus, 2. Mach. 9. 14. quidam ex Militibus, Mat. 27. 48. Herodiadis filia, Marc. 6. 25. ſummi Sacerdotes, 15. 1.

FESTUCAM in oculo fratris aſpicere, Matth. 7. 3. quo in loco damnatur, non qui vel fratris, vel ſuos errores videt & intelligit, ſed qui in alienos intuetur, ſtudio reprehendendi, ſuos autem diſſimulat.

FESTUM: Feſtum, pro toto azymorum ſpatio, Matth. 26. 5. Feſtorum inſtitutio, Exod. 23 v. 13. 14. 15. 16. Vide SOLENNITATES.

FESTUS, Judææ Præfectus, Act. 24. 27.

FICUS à Chriſto maledicitur, Matth. 21. 19. Ficuum ſiccarum maſſa apponitur ulceri Ezechiæ Regis, qua etiam ſanatur, 2. Reg. 20. 7. Ficus parabola, Matth. 24. 32. Marc. 13. 28. Luc. 13 6. Vide PARABOLA.

FIDELIS pro conſtanti, quique præſtet revera quod promiſit, 2. Theſ. 5. 24. Fidelem ſeu fidum ſermonem vocat Paulus, Tit. 1. 9. cui meritò fides adhiberi poſſit, ſive qui nunquam fallat, quamobrem etiam veritatis nomine ſignificatur, Joan. 17. 17. Nomen fidelis nunc iis tribuitur omnibus, qui fidem & religionem Chriſtianam profitentur, 1. Cor. 7. v. 12. 13. 14. nunc ſolis electis convenit, 1. Tim. 4. 10.

FIDELES: Fideles à fide dicti, in Sacris literis, non tam qui fidem datam ſervent, denominantur, quàm qui credant Dei promiſſis. Fideles omnes per fidem * Aequales, 1. Petr. 2. 5. * Chriſto conformes, Rom. 8. 29. 2. Corinth. 3. 18. Chriſto Dati, Pſalm. 101. 6. Eſa. 8. 18. Joan. 6. v. 37. 39. & 16. 29. & 17. 16. & 18. 9. * Domeſtici Dei, & concives Sanctorum, Eph. 2. 19. Hebr. 3. 6. 1. Petr. 2. 5. * Electi ante mundum conditum, Epheſ. 1. 4. expoſiti calumniis, 1. Pet. 4. 16. * Filii lucis, Ephe. 5. 8. tum quia vera luce illuſtrantur in ſeſe, & in luce ambulant, tum quòd aliis etiam prælucent, Matth. 5. 16. adeò ut ſceleratorum vitam etiam coarguant & damnent, Rom. 2. 27. Fratres Chriſti, Pſalm. 22. 23. Vide CHRISTUS. * Gens ſancta, 1. Pet. 2. 9. gloria Dei, 2. Cor. 8. 23. mundi Domini, 1. Cor. 3. 22. mundi & Angelorum * Judices futuri, 1. Cor. 6. v. 2. 3. Vide SANCTI mundum judicabunt. * Lapides vivi, 1. Petr. 2. 5. luminaria in mundo, Philip. 2. 15. * Obnoxii cruci, 2. Tim. 3. 12. 1. Theſſ. 3. 3. 1. Petr. 2. 21. & 4. 19. & 5. 9. Vide PII. &, AFFLICTIO. in mundo * Pauci, Eſai. 39. 16. Rom. 10. 16. 1. Cor. 1. 21. 2. Theſſ. 2. 10. 1. Joan. 4. 6. primitias ſpiritus habent, Rom. 8. 23. Jac. 1. 18. * Sancti ſunt, Rom. 1. 7. & 8. v. 27. 28. 1. Cor. 1. 2. 2. Cor. 1. 1. Ephe. 1. 1. Col. 1. 2. 2. Theſſ. 1. 10. Heb. 13. 24. 1. Pet. 1. v. 2. 15. Sacerdotes ſunt & Reges, Rom. 12. 1. 1. Pet. 2. v. 5. 9. Apoc. 1. 6. Hebr. 13. 15. * Templa Dei, Levit. 26. 12. 1. Cor. 3. 16. & 6. 19. 2. Cor. 6. 16. Ephe. 2. v. 20. 21. 22. & 4. 30. 1. Petr. 2. 5. in quibus Deus per Spiritum Sanctum reſidet, Rom. 8. 11. & totus Fidelium cœtus ingenti alicui civitati, id eſt, novæ Jeruſalem comparatur ex ipſis fidelibus, quaſi lapidibus conſtructæ, ut ſcribitur Eſaiæ 54. Apocal. 21. Inde eſt etiam phraſis illa, Aedificare, & ædificatio, Rom. 14. 19. Vide Ephe. 2. 21.

FIDELES quò magis affliguntur, eò magis creſcunt, Exod. 1. 12. in dies proficere debent, Roman. 1. 17. Epheſ. 1. v. 16. 17. & 2. 22. & 3. 16. & 5. 27. Philip. 3. 12. Col. 1. 3. & 2. 2. 1. Theſſal. 3. 10. & 4. 1. & 5. 23. 2. Theſſ. 1. 3. Philem. ver. 4. 5. 6. Hebr. 3. 15. & 6. 7. & 8. v. 10. 11. & 10. 36. & 13. v. 20. 21. Jac. 1. 5. 2. Pet. 1. v. 5. 8. 19. & 3. 13. 1. Joan. 2. v. 8. 27. & 5. 13. Judæ v. 20.

FIDELIUM * Arma, Epheſ.6.v.11.13.16.2.Cor.10.4.1.Theſſ.5.8.1.Joan. 3.9.* Communicatio, Joan.17.11.Rom.12.v.4 15.2.Cor.4.15.Epheſ.4. 16.Philip.1.5.& 2.1. 1.Theſ.5.11. 2.Theſ.1.3. Philem.v.6. Hebr.10.33.& 13.v.3.16. 1.Petr.4.10. 1.Joan.1.7. in hac vita conditio, Rom.8.v.23.36. 1.Cor.15.19.2.Cor.4.10.& 5.7.1.Theſ.3.3.1.Tim.4.10.2.Tim.3.12.1.Pet. 1.v.8.17. & 2.v.11.15. 1.Joan.3.v.1.2. fauſta conditio, Pſal.16.11. & 85. 13. Philip.3.8.Col.3.4. 1.Pet.4.14. 1.Joan.2.17.& 3.2. Conſolatio, Rom. 4.13.& 5.3.& 6.14. & 8.1.& 9.33.& 10. 8.2.Cor.4.10.& 5.18.& 7.6. Gal. 3.22.Epheſ.1.14.& 2.6.Philip.1.28.& 3.v.10.20.& 4.5. Coloſſ.1.6. & 3.4. 1.Theſ.4.17.2.Theſ.1.v.5.10.& 2.7.1.Tim.4.v.8.10.& 5.25.& 6.14.2.Tim. 2.v.9.11.19.Tit.2.13. Heb.1.14.& 2.v.10.11.14. & 5.7.& 6.18.& 10.v.36. 37.38.Jac.1.v.2.3.9.& 5.v.4.7.8.10.1.Pet.1.v.6.11.& 2.21.& 3.17. & 4.v. 6.12.16.& 5.v.9.10.2.Pet.2.9.& 3.15. 1.Joan.4.v.6.12.Apoc.12.12.Contemtus, Pſal.3.2.& 22.7.& 38.v.12.13. & 41.8.& 79.4.& 102.9. Prov.14. 2. 1.Cor.4.v. 12.14.* Dignitas, Pſalm.105.v.5.6.Luc.10.23. 1.Cor.6.20. Epheſ.2.10. Hebr.2.12. & 8.10. Jac.1.18. Fidelium divitiæ, ſufficientia, 1.Tim.6.6.* Filii ſancti, 1.Cor.7.14.* Gaudium, Rom.12.12. Philip.1.4. & 2.2.& 3.1.& 4.4.Col.1.11.Heb.10.34.& 12.2. Jac.1.2. & 5.13. 1.Pet.1. 6. & 4.12. 1.Joan.1.4. Gloria, 2.Tim.4. 8. 1.Joan.3.2. afflictionibus illa promovetur, Rom.5.3. gloriatio, vera, v.2.3.11.& 8.32.1.Cor.1.31.& 4. 7.2.Cor.1.12.Gal.5.26.Phil.1.26.& 3.v.8.15. Col.1.24. Jac.1.3.* Hæreditas præclara, Gen.15.18.Rom.8.17. 1.Pet.1.4.* Libertas qualis, Lucæ 1.74.Joan.8.v.32.36. Rom.6.18.& 7.14. Gal.4.31.* Meditatio, Pſal. 1.2.& 119.v.2.6.Philip.4.8. Heb.6.v.1.13.& 13.15.1.Pet.1.v.9.10. 2.Pet. 3.2.militia, Rom.6.13.& 12.12.& 16.19. 1.Cor.9.24. 2.Cor.2.4.Ephe.6.v. 11.12.1.Theſ.2.18.& 5.8. 1.Tim.6.12. Heb.10.32.& 12.1.& 13.13.Jac.1. 2.& 4.7. 1.Pet.2.11.& 4.15.& 5.8. 1.Joan.2.13.& 4.4.& 5.v.4.5.18.Judæ v.3. Mors, Deo pretioſa, Pſalm.116.15. Heb.11.4. feliciſſima, Num.23. 10.Apoc.14.13.multitudo, Gen.18.18. Numer.23.10. Pſalm.2.8.& 72.8. Heb.12.1.* Nomen libro vitæ inſcriptum, Exod.32.32. Luc.10.20. Philip.4.3. Apocal.3.5.& 20.12.& 21.2. Vide ELECTI nota: Vide PIORUM nota.* Officium, 1.Theſ.5.6. Hebr.10.24.* Patientia, Vide PATIENTIA. Perfectio qualis, Rom.7.25.& 8.5.1.Cor.1.7. & 13.v.10.11. Ephe.1.4.& 3.17.& 14.13. Col.1.22 & 4.12.Heb.4.10.& 6.v.11. Jac.3.2. 2.Per.3.18. 1.Joan.1.9. & 2.v.3.5.8.17.24. & 5.18. Judæ, v.20.21. preces non vanæ, Eſa.49.8. Vide ORATIO. Prudentia, Matth.10.16.Rom.16. 19.Col.1.9.* Salus, quibus gradibus promoveatur, Rom. 8.30. ſermones quales, Ephe.4.v.9.17.25.29.& 5.4.Col.4.6. 1.Petr.4.11. ſimplicitas, Matth.10.16, & 18.4. Rom.6.19. 1.Cor.4.v.20.21. Philip.2.3. 1.Petr.2.2. * Victoria, certa, Joan.16.33.Rom.8,37.& 12.21.& 16.20.1.Theſ.5,v.8. 9.Heb.11.30 Jac.4.7. 1.Pet.5.v.6.10. 1.Joan.2.13.& 4.4.& 5.4. vita qualis, Luc.1.v.74.75.Rom.6.v.10.12.13.Ephe.5.15.Philip.2.15.1.Theſ.3.13. 1.Pet.2.15.& 3.16.& 4.v.2.3. 2.Pet.2.11.1.Joan.3.10.& 5.19.Judæ, v.23. ſtadio ſimilis eſt, 1.Cor.9.24. Philip.3.v.13.14. cùm ea periculis ſit expoſita, extra aleam tamen eſt, Joan.6.39.& 10.28.& 17.12. Coloſſ.3.3. virtutes, 2.Pet.1.v.5.&c.

FIDES: Fides in Scripturis variè capitur: Primò, pro primis religionis noſtræ axiomatibus, Rom.12.6. Secundò, pro principibus fidei, & religionis Chriſtianæ articulis, Heb.6.1. Tertio pro doctrina Euangelica, μετωνυμικῶς, Act.6.7.& 14.27. Gal.1.23.1.Tim.1,19.& 3.8.& 4.1. Judæ, v.

3.

3. Quartò, pro Euangelii & justitiæ per id annuntiatæ patefactione, Gal.3.23. Quintò, pro Dei in Christo cognitione, συνειδήσεως, Rom. 12.3. Sextò, pro plena eorum revelatione, quę olim sub ceremoniarum obscuritate latebant, Gal.3.v.23.25. Septimò, pro veritate & constantia in dictis & factis, (quomodo & apud scriptores profanos, Ciceronem, & alios, non rarò usurpatur) seu Dei, Psal.33.4. Esai.11.5. Thren.3. 23. Oseæ 2,20. & 5.9. Mar.11.22. Rom.3.3.1.Cor.1.9. seu hominum inter sese, Gen.39.16. & 44.32. Levit.6.2. Eccli.22.28. Jere.42.5. 1.Macha.10. 27. Mat.23.23. 1.Tim.2,7. pro notitia beneficii Christi, Ro.1.12. pro notitia solùm historiæ de Christo, fiduciæ experte, Jac.2.19. & sic definitur: Fides historica est notitia & assensio, qua creditur verũ esse, quicquid utrumq; Testamentũ credendũ nobis proponit. Et hæc ipsis etiã Diabolis competit, Jac.2.19. Decimò, pro historiæ notitia, assensione, & persuasione de Dei erga homines gratia, sed temporaria, ut quæ in Christo radices non agat, Luc.8.13. Undecimò, pro certa fiducia, persuasione & assensu de Dei gratia, qua in Deum per Christũ respicimus, & oblatam in Christo justitiam amplectimur, nobísq; firmiter applicamus, Marc.11.22. Act.6.8. Rom.3.28. quæ non omnium, sed electorũ tantùm est, 2.Thes.3.2. Tit.1.1. Et hujus, quæ salutaris & justificans dicitur, fidei talis datur definitio: Fides est firma illa & cõstans animi persuasio, qua certus est apud se unusquisq; fidelium, non modò verum ac firmum esse in genere verbum Dei, ac præsertim promissiones Dei de gratuita per Christum reconciliatione, sed etiam istas (ut est à Spiritu Sancto edoctus) credit ad se propriè & peculiariter pertinere, qua, in quã universalem illam propositionẽ vitæ æternæ per sanguinẽ Christi omnibus credentibus acquisitæ singuli amplectuntur, ac sibi ipsis applicant. Aliter: Fides nil aliud est, quàm firma nostræ in Christo electionis persuasio: à Paulo sic definitur: Fides, est hypostasis earum rerum, quæ sperantur, & ἔλεγχος eorum, quæ non videntur, Hebr.11.1. Debet enim fides de rebus speratis & non visis, nec apparentibus perinde certò statuere, ac si eæ jam subsisterent præsentes, & in conspectu haberentur. Duodecimò, pro dono quo quis assentitur propositæ doctrinæ, ut nonnulli explicant, 1.Cor.12.8. Decimotertiò, pro virtute, seu dono miracula edendi, Matt.17.20. Luc.17.6. 1.Cor.12.8. & 13.2. Decimoquartò, pro doctrina fidei μετωνυμικῶς, quæ & Euangelii doctrina, & Dei doctrina, & Christiana doctrina, & doctrina salutis dicitur: nimirum sana doctrina ab Apostolis tradita, Rom.14.1. Gal.1.23. & 3.2. Philip.1.27. 1.Tim.1.19. & 3.8. & 4.v.1.6. Tit.1.13. Judæ v.3. pro fidelitate, Tit.2.10. ubi fidem omnem ostendere significat fideliter, & absq; ulla fraude Domini sui res tractare pro spõsione, seu voto, 1.Tim.5.12. Fides ad res medias, seu indifferentes restringitur, Rom.14.22. Fides exauditu verbi nascitur, Zach.8.23. Joan.17.v.8.20. Rom.10.v.14.17.1.Cor.3.6. Eph.2.20. Col.1.v.6.7.1.Tim.3,15. Heb.11.11.1.Pet.1.25. Fide & spe major charitas, 1.Cor.13.13. Vide CHARITAS. Fides ex solis miraculis concepta, Luc.16.31. Joan.2.v.23.24. & 6.26. Adversus eos, qui fidẽ prævisam electionis causam statuunt, locus notabilis, Rom.9.11. & 11.35. Fides Dei donũ est, Joan.6.v.29.65. & 10.26. & 12.v.39.40. Act.11.23. & 16.14. Rom.1.8. & 9.16. & 10.16.2.Cor.4.13. Eph.1.18. & 2.8. & 6.23. Phil. 1.29. & 3.9. Col.1.2.1.Thes.1.2.2.Thes.1.3. & 2,13. & 3.2. Heb.10.32. & 12 2. 2.Pet.1.1. Fides JESU Christi, Ro.3.22. dicitur, quæ habetur Christo.

vel quæ Christo nititur: pro fide in JESUM Christum, vel cujus objectum Christus est, Gal.2.16.bis in eodem versu,& ver.20. Ex fide JESU esse, dicitur is, qui est ex eorum numero, qui Christum fide sunt amplexi, quibus opponuntur, qui ex Circumcisione (id est ex Lege) salutem expectabant, Roman.3.26. Fides Dei, 3.3. Col.2.12. pro fide à Deo data, hoc est, pro constantia & veritate dictorum conventorúmque, ut supra dictum est: Passivè, quæ Deo habetur, Marc.11.22. ut apparet ex v.23. Fides non omnium est, 2.Thess.3.2. electorum est, Joan.8.47.& 12. v.39.40. Act.13.48. Tit.1.1.2.Pet.1.1. Fides non debet esse ficta, 1.Tim.1. 5. piorum fulcimentum est, 2.Cor.1.24. fructus labiorum dicitur, Esai. 57.19. quia est ex auditu, Rom.10.17. Invocationis mater, Roman.10. 14. mortua, sine operibus, Jacob.2.ver.17.26. Vide JUSTIFICARE. Fides mutua appellatur à Paulo, Roman.1.12. qua & ipse & illi vicissim ipsum juvare possint. Fides quàm sit necessaria, Matth.9.v.2.22.& 21.21. Joan.8.24.& 14.1. Act.8.37.& 16.31.& 20.21. Gala.5.22. 1.Tim.1. 19.& 6.11.2.Tim.2.22. Hebr.11.6. Jacob.1.6. 1.Petr.5.9.1. Joan.3.23. per charitatem operatur, Galat.5.6. Fides propria requiritur unicuique, Abac.2.4. Joan.3.36. Roman.1.17. Galat.3.11. Hebr.10.38. Fides quadantenus dicitur opus, Joan.6.29. Sensus est: Hoc demum opus est, quod Deus à vobis flagitat, ut in me credatis. Fides ergo impropriè vocatur opus, ut lex fidei à Paulo, Roman. 3. 17. vide & 2.Thess.1.11. Philipp. 1.6. rara est in terra, Luc. 18. 8. hominibus minimè subjecta, 2.Corinth.1.24.

FIDEI * Causa ordinaria est Dei verbum, Joan.17.21. Rom.10.17. unde & fructus labiorum dicitur, Esaiæ 57. 19. Fidei communicatio Paulo, Philem.ver.6. sunt officia benignitatis in Sanctos promanantia ex fide efficaci. Fidei * Domestici qui dicantur à Paulo, Vide DOMESTICI fidei. Fidei * Effecta: Filios Dei facit, Gala.3.26. justificat, Gene.15.6. Abac.2.4. Act.13.39. Rom.1.17. & 3.ver.22.25.30.& 4.v.5.24.& 5.1.& 10. ver.4.6.10. Gal.2.16.& 3.6. Ephe.2.8. facit ut non pudefiamus, Roman. 9.33.& 10.11. 1.Pet.2.6. purificat corda, Act.15.9. servat, Luc.7.50.& 8. 12. Ephe.2.8.1.Pet.1.9. Fidei fructus reliqui, Dan.6.23. Matth.8.13.& 9. 29.& 15.28.& 17.20.& 21.21. Marc.2.5.& 5.34.& 7.29.& 9.23.& 10.52. & 11.23. Luc.1.45.& 5.12.& 6.v.18.19.& 7.50.& 8.v.12.44.48.& 17.19. & 18.42. Joan.3. ver.15.17.18.36.& 4.50.& 5.24.& 6.ver.35.40.47.& 7. ver.38.39.& 11.ver.25.26.& 12.46.& 20.31. Act.3.16.& 10.43.& 14.9. Rom.6.22. Ephe.3.12. Hebr.4.3.& 11.33. 1.Joan.5.v.4.13. Fidei * Gaudium dicitur illud, quod ex fide promanat, aut quo fides magnopere confirmatur, Philip.1.25. Fidei * Implicitæ patroni, satis esse statuunt, si in genere credant homines, quod credit Ecclesia, nec de singulis intelligendis laborant: Et hæc fides dicitur vulgò Fides implicita. Ad eam evertendam locus accommodatus, Abac.2.4. Rom.1.17.& 16. 19.1.Cor.11.28.2.Pet.1.5. Ad fidei informis & formatæ ineptam distinctionem attripuerunt sibi occasionem adversarii ex Gala.5.6. Jac.2.14. in quo produnt, quàm sint acuti Dialectici, qui qualitatem faciant alterius qualitatis formam. Fidei * Merces, salus animarum, 1.Petr.1.9. Fidei mysterium dicitur Euangelica doctrina, 1.Tim.3.9. quæ verè sanè dicitur μυστήριον, quod caro & sanguis non revelet, Matt.16.17. Fidei * Nota est charitas, Gal.5.6. Fidei * Obedientia, pro, ut homines fide obediunt Deo, Roman.1.5.& 16.26. Fidei oculi, 2.Corin.4.18. Fidei

Probatio, 1.Petr.1.7. Fidei Ratio quibuſvis reddenda, 3.15. Fidei *Subjectum Deus eſt, 1.Petr. 1. 21. Pidei* Umbra & falſum ſimulacrum, Jac.2.19. Fides una eſt, Epheſ.4.5. Fidei unitas dicitur ibidem à Paulo, ver. 13. ea ſumma conjunctio, cujus vinculum eſt fides. Vide & Judæ ver.3.

FIDEI duæ ſpecies: Prior certa ac perpetua, Rom.8.38. 2.Corin.13.5. 2.Tim.1.12. 1.Joan.3.24. Fidei certæ exempla in Abele, Gen.4.4. Hebr. 11.4. Henoch, Geneſis 5. 22. Eccli.44.16. Hebr.11.5. Noë, Gene.6.22. Eccli.44.17. Hebr.11.7. Abraham & Sara, Gen.12.8. & 15.6. & 17.19. & 22.10. Rom.4.v.3.20. Hebr.11.v.11.17. Iſaaco, Gene.27.28. Hebr.11.20. Jacobo, Gene.48.15. Hebr.11.21. Joſepho, Gen.50.24. Hebr.11.22. Parentibus Moſis, Exod.2. 2. Hebr.11.23. Moſe, Exod.2.12. Hebr.11.24. Iſraelitis, Exod.14.v.30.31. Hebr.11.29. Rahab, Joſ.6.33. Heb.11.31. Baraco, Judic.4.6. Gedeone, Judic.6.14. Jephte, 11.1. Hebr.11.32. Ruth, Ruth.1.16. Samuele, 1.Sam.15.v.32.33. Eccli.46.16. Jonatha, 1.Sam.14. 6. Davide, 17.v.37.45-47.49. Hebr.11.32. Pſal.116.10. & 119.66. Aſa, 2.Paral.14.11. Joſaphat, 20.20. Ezechia, 2.Reg.19.v.15.16.17. Eſdra, 1.Eſdr. 8.v.21.22. Nehemia, Nehem.4.21. Tobia, Tob.2.14. Job, Job.31.v.14.15. Sidrach, Miſach, Abdenagone, Dan.3.17. 1.Macha.2.59. Daniele, Dan. 6.21. Ninivitis, Jonæ 3.5. Juda Machabæo, 1.Macha.3.v.17.18.19. Eleazaro, 2.Machab.6.v.26.30. ſeptem Fratribus, 7.ver.12. &c. Centurione, Matthæi 8. v.8.10. Lucæ 7.8. Paralytico, Matth.9.2. Matthæo, v.9. Diſcipulo, v.21.22. fluxu ſanguinis laborante, Matth.9.20. Marc.5.28. Luc. 8.v.44.48. Cæcis, Matth.9.28. Petro, Matth.14.29. & 16.16. Chananæa, 15.28. Patre Dæmoniaci, Marc.7.29. & 9.24. Joſepho Arimathæo, Mar. 15.43. Maria Virgine, Lucæ 1.ver.38.45. & 2.v.19.51. Leproſo, Lucæ 5. 12. Paralytico, v.20. Turba, 6.19. Muliere peccatrice, 7.50. Cæco quodam, 18. ver.38.42. bono Latrone, 23. v.42.43. Nathanaele, Joan.1.49. Diſcipulis, 2.22. & 17.8. Nicodemo, 3.2. & 19.39. Samaritana, 4.ver.19. 25.29. Samaritanis, ver.39. 40. 41. Regulo & tota ejus domo, verſ.46. quibuſdam Judæis, Joan.7.31. & 8.30. & 10.42. Act.2.41. & 4.4. & 14.1. & 28.24. Cæco, Joan.9.38. Martha, 11.ver.25.26.27. quibuſdam Principibus, ſed adhuc languidis in fide, 12.42. Diſcipulo quodam, 20.8. Thoma, verſ.29.30. Claudo, Act.3.16. multitudine virorum & mulierum, 5. 14. Samaritanis, 8.12. Eunucho, v.12. Paulo, 9.18. & 24.14. & 27.25. multis Joppenſibus, 9.42. Cornelio & amicis, 10. v.47. 48. Athenienſibus, 11.20. & 19.23. Proconſule, 13.12. Præordinatis ad vitam æternam, ver. 48. Claudo, 14.v.9.10. Eccleſiis, 16.5. Lydia purpuraria, v.14 15. Cuſtode carceris, 16. ver.31.32. Dionyſio Areopagita cum aliis, 17.34. multitudine credentium, & Nobilioribus Theſſalonicæ viris ac mulieribus gentilibus, Actor. 17. verſ. 11.12. Criſpo, 18.8. multitudine credentium, 19.17. & 21. verſ.20.25. Romanis, Rom.1.8. Corinthiis, 1.Corinth.3. 5. & 15.v.1.2. Philippenſibus, Philip.2.16. Epheſiis, Eph.1.15. Coloſſenſibus, Col.1.v.3.4. Theſſalonicenſibus, 1.Theſſ.1.v.3.8. & 3.6. 2.Theſſ.1.3. Philemone, Philem.ver.4.5. Thyatirenſi, Apoc.2.19. Fidem vocari opus ex Joan.6.29. Phil.1.6. 2.Theſſ.1.11. Vide ſuprà, FIDES dicitur opus. &, FIDEM ſine operibus non juſtificare, id eſt, juſtum non reddere coram Deo, ex 1.Cor.13.2. Gal.5.6. Jac.2.24. Item, FIDEM non facere nos certos de gratuita peccatorum remiſſione, probant Pontificii. Vide CERTI.

FIDES

FIDES temporaria, altera fidei ſpecies, Matth.13. verſ.5.6.7. Marci 4. verſ.5.6.7. Hebr.6. verſ.4.5.Fidei temporariæ exempla, Vide APOSTASIA.

FIDELITAS ſervanda eſt, Prov.25.14.& 28.20. Lucæ 16.19. 1.Cor.4.2. Eph.6.v.5.6.Col.3.22.1.Tim.6.v.1.2.Tit.2.v.9.10.1.Petr.2.18. Fidelitatis exempla: Eliezer ſervus Abraham, Geneſ.24.33.Jacob,31.40. Joſeph, 39.8.& 41.v.47.48.Moſes,Num.12.7.Heb.3.2.Rahab,Joſ.2.4. Joſue,Joſ. 6.17. Nuntii,v.23. Principes Iſrael,9.18. Joſue & fortiſſimi bellatores, 10.7.Samuel, 1.Sam.3.v.19.20.Jonathas,19.1.& 20.v.32.35. David,22. v.14.23.& 24.8.& 26.v.9.10. Viri Jabes Galaad,31.12. Urias,2.Sam.11. 11. Joab,12.28. Ethai Gethæus,15.22. Populus,18.3. Juda,20.2. Abiſai, 21.17. Elias,1.Regum 18.verſ.15.16. Joſaba filia Joram.2.Regum 11.3. Joiada,verſ.4.tres Viri,1.Paralip.11.18. Aedificatores Templi,2.Paral. 34.12. Raphael,Tob.10.7. Abraham,1.Machab.2.52. Bacchides,7.8. Deus,1.Cor.10.13. 1.Tim.1.15.& 4.9. Paulus,Gal.6.17. Sylvanus,1.Pet. 5.12.Antipas,Apoc.2.13.

FIDUCIA in ſolo Deo collocanda,Eſai.2.22. Jerem.17.5. Zach.4.6.Pſal. 20.v.8.9.Fiducia in Paſtoribus requiritur,Epheſ.6.19.Fiduciæ exempla: Fratres,Philip.1.14.

FIGMENTUM de fictore nullo jure conqueri poteſt, Rom.9.20.Eſai.45. 9.Jerem.18.6.Sap.15.7.

FIGULUS ex terra quæcunque vult pro arbitrio fingit, Sap.15.7.Jerem. 18.6.Rom.9.21.

FIGURA mundi hujus præterit,1.Cor.7.31.

FILIA: Filia non proſtituenda,Levit.19.29. Filia pro nepte,Exod.2.21. ut liquet ex Exod.3.1. Filiarum appellatione tota poſteritas includitur,Luc.1.5. Filiæ nomen etiam urbibus tribuitur,Matth.21.5.cujus rei exempla plura extant in Threnis. Filiæ Jeruſalem, pro,mulieres Jeroſolymitanæ,Luc.23.28.

FILIUS: Filius pro nepote,2.Sam.19.24.Proverb.13.22.& 17.6.Jerem.27. 7. Ezech. 37.25. pro poſteris ex aliqua familia oriundis, Matth.22.42. Filii nomen pullo aſini attributum legitur,21.5. Filius ſapiens extra periculum eſt,Prov.29.28. Filii pro parentibus non puniendi,Deut.24.16. 2.Reg.16.6. Jerem.31.29. Ezech.8.3.20. Filii erudiendi,& corripiendi, Prov.13.24.& 19.18.& 29.v.15.17.Heb.12.v.8.9.

FILII* Belial, pro hominibus nequam,1.Reg.22.10. Filii* Carnis,pro naturali modo procreatis,Rom.9.8.ſeu,quorum non alia ratione pater eſt Abraham,quàm ea ipſa,qua ſolent, conſueto naturæ ordine,homines ex hominibus gigni,qui aliàs filii ſecundum carnem dicuntur,Galat.4.v.23.29. Filii contumaciæ Hebræis dicuntur,Epheſ.2.2. homines cõtumaciæ dediti.Filius* Dei JESUS Chriſtus,Heb.1.5.dicitur unctus eſſe,Eſai.61.1.Hebr.1.9. quod eatenus intelligatur, quatenus Verbum caro factum eſt, effuſo in eum Spiritu ſine menſura, Joan.3.34. ſiquidem omnis in eo Deitas corporaliter ſibi domum fixit,Col.2.9.in Filio locutus fuiſſe dicitur Deus, Hebr.1.1. ſed ſecùs quàm in Prophetis. Fuit enim Filius, & eſt verè & σωματικῶς, ſive ἐσπαδῶς Deus, Col.2.9. Prophetæ verò duntaxat divino Spiritu acti, 1.Petr.1.21. Filii Dei,pro piis ex Sethi poſteris oriundis,Geneſ.6.2. ſicut filiæ hominum,pro impiis filiabus ex Caini familia,v.2. pro piis Deo charis,& Chriſti cohæredibus,Matth.5.v.9.45. Joan.1.12.Roman.8.7.1. Joan.3.9. ut explicat

Paulus,

Paulus, Rom.8.v.16.17. Filii Dei dicuntur etjam Angeli, Job.1.6. Pſal. 89.7. Vide ANGELUS. Item Principes, Pſai.82.6. Iſrael primogenitus dicitur. Jerem.31.9. ſed longè ſecùs quàm Chriſtus, qui eſt unigenitus Dei Filius, Joan.1.18.& 3.v.16.18.1. Joan.4.9. utillud Heb.1.5. omittam, è cujus dicti conſideratione diligenti id ipſum manifeſtè euincitur. Filii Diaboli qui dicantur, Joan.8.44. Vide DIABOLUS. Filii * Eccleſiæ, Vide ECCLESIA. Filii * Filiorum, pro nepotibus, atque adeò tota interdum poſteritate, Jerem.27.7. Ezech.37.25. Filii, Hebræis generaliter dicuntur, qui ſunt alicui rei peculiariter deſtinati & addicti: ut, Filii * Gehennæ, dicuntur, qui exitio & interitui ſunt addicti, Matth.23.15. Filius * Hominis, pro humana Chriſti natura, Joan. 5.27. ubi notandum eſt, quod Filii hominis nomen non niſi uni Chriſto, de ſe loquenti, tribuatur in Euangelica hiſtoria. Filius hominis, ſeu homo Chriſtus dicitur de cœlo deſcendiſſe, Joan.3.13. primò incarnationis divinæ naturæ: ſecundò modi conceptionis reſpectu. Idem in cœlo eſſe dicitur, Joan.6.62. per communicationem idiomatum, qua proprietas divinæ naturæ tribuitur humanæ naturæ in concreto, ut ſumma illa duarum in Chriſto naturarum conjunctio ſignificetur. Filii hominum pro ipſis hominibus, 1.Sam.16.19. Marc.3.28. Apoc.1.13. Filii * Illuſores damnantur, Proverb.13.1. Filii iniquitatis, pro hominibus iniquiſſimis, 2.Samuel.3.34.& 7.10. Filii iræ, pro iræ deſtinatis & damnatis coram Deo, Eph.2.3. Filii lucis, pro hominibus lucis participibus, ſeu quos Deus Spiritus ſui luce illuſtravit, Luc.16.8. Joan.12.36. Eph.5.8. quos alibi Paulus πνευματικὸς, hoc eſt, ſpirituales vocat, 1.Cor. 2.15. Filii mortis, pro morti addictis, ſeu qui capitalis criminis rei ſunt, 1.Sam.20.31.& 26.16.2.Sam.12.5. pro jam jam morti tradendis, Pſa.79. 11.& 102.21. Filii promiſſionis Hebræis dicuntur, quibus Deus promiſſiones deſtinavit, Rom.9.8. Galat.4.28. & quos Deus dat Abrahæ, quia ſic illi viſum eſt, ut eos in Abrahæ illo ſemine adoptet, per quod & ipſe Abraham, & ejus germana poſteritas cœleſtis hæreditatis ſit particeps. Aliàs dicuntur Filii per promiſſionem, Gal.4.23. Item Filii ſecundum Spiritum, hoc eſt, divinitùs & ſpirituali ratione procreati, Gal.4. 29. Filii pacis, Hebraico more vocatur, qui doctrinæ pacis, ſive Euangelii favet. Luc.3.6. Filius perditionis, pro exitio devoto, Joan.17.12. Sic autem dicitur Judas proditor, non modò quia periit, ſed etjam quia huic exitio erat deſtinatus, ac devotus, ut patet ex Act.1.16. & 4.v.27. 28. Filii Prophetarum, Vide PROPHETA. Filii * Rebelles parentibus, quomodo tractandi, Deut.21.v.18.19.20.21. Filii regni, pro omnibus in genere indigenis,& regni incolis, Matth.8.12. pro iis qui ſunt in regno, id eſt, in Eccleſia, ut etjam ſint ex Eccleſia, 13.38. Filii reſurrectionis, pro reſurrectionis participibus, Luc.20.36. Filii roboris, pro ſtrenuis, 2. Samuel.13.28.& 17.10.1.Reg.15.2. Filii ſeculi hujus, pro hominibus præſenti vitæ addictis, Luc.16.8. quos Paulus ψυχικὸς vocat, hoc eſt, animales,& σαρκικὸς, hoc eſt, carnales, 1.Cor.2.14. Aliàs tamen interdum, Filii ſeculi hujus dicuntur, quicunque adhuc in vivis ſunt, ſive boni ſint, ſive mali, Luc.20.34. Filii ſtulti, patres triſtitia afficiunt, Prov.17.25.& 19.13. Filii ſubductionis dicuntur, qui quodam impetu in partem aliquam feruntur, Heb.10.39. Hebraiſmus. Eo enim loci ſubintelligi videtur filiorum nomen. Filii thalami dicuntur, Matth.9.15. qui cum ſponſo verſantur,& quos ſponſus in ſuum uſque thalamum admittit.

Blasphemus, Levit. 24.23. Colligens ligna in sabbatho, Num. 15.v.35.36. Achan, Josue 7.25. Aduram, 1. Reg. 12.18. Naboth, 21. vers. 13.14. Servus, Matt. 21.35. Stephanus, Act. 7.v.58.59. Paulus, 14.19. 2. Cor. 11.25. Vide MORTIS violentæ exempla. Lapidare volunt Christum Judæi, Joan. 8.59. & 10.31.

LAPSUS à fide, Vide APOSTASIA.

LAQUEI mortis, 2. Sam. 22.6. Laqueo vitam finientium exempla: Achitophel, 2. Sam. 17.23. Aman, Esth. 7.10. Judas proditor, Matt. 27.5. Act. 1. 18. Vide MORTIS violentæ exempla. Laqueus conscientiis non injiciendus, Vide CONSCIENTIA.

LARUM non comedebant Judæi, Levit. 11.16. Deut. 14.15.

LATINORUM quorundam vocabulorum Græcè declinatorum catalogus, Vide VOCABULA, &c.

LATITUDO cordis data Salomoni, 1. Reg. 4.29.

λατρεύω & δουλεύω pro eodem, Roman. 1.9. & 16.18. cùm duo ista verba in illis locis inter se commutentur, λατρεύειν quoque ergo & δοῦλος idem sunt. Vana itaque, imo & falsa est illa duleiæ, latreiæ, & hyperduleiæ, distinctio à Papistis excogitata. Vide DULEIA.

LATRINAE ex æde Baal factæ, 2. Reg. 10.27.

LATRONIS cum Christo pendentis fides, Luc. 23.42. Latrones, Vide FURES.

LATUS Christi aperitur, Joan. 19.34.

LAVACRO regenerationis salvamur, Tit. 3.5.

LAVABANT Judæi mortuos, Amos 9 31. pedes peregrinorũ, Judi. 19.21.

LAUS in ore proprio sordescit, Prov. 27.2.

LAUDIS sacrificium Deo gratissimum, Psal. 50.14. & 107.22. Heb. 13.15. Laus nostra Deus, Exod. 15.2. Deut. 10.21. Laudis hostia offerenda per Christum Hebr. 13.15. in laudem suam elegit nos Deus Deuter. 26.19. Eph. 1.6. Laudes immodicæ suspectæ, Prov. 27.21. Laudes Deo canendæ, Psalm. 47.2. & 147.7. & 150.1. Esa. 12.4. Ephe. 5.19. Col. 3.16. Hebr. 13. 15. Jac. 5.13. Laudandus Deus ante & post sumptum cibum, Deuter. 8. 10. Laudare Deum pro merito non possumus, Psal. 96.4. & 106.2. & 119. 16. & 145.3. Eccl. 43.v.2.32. Laudantium Deum exempla: Moses & Israelitæ, Exodi 32.1. Turbæ, Levit. 9.v.23.24. Israelitæ, Josue 22.23. David, 1. Paralip. 29.v.10.11. Psal. 18.4. & 22.23. & 35.18. & 51.v.16 17. & 56. 5. & 59.31. & 71.7. & 116.17. & 119. vers. 179. & 145.2. & 146.2. Levitæ & Cantores Asaph, 2. Paral. 5.v.11.12.13. Populus Israel, 7.3. Sacerdotes, Levitæ, v.6. & 10.19. multitudo, 29.v.27.28. Sacerdotes & omnis populus, 1. Esdr. 3. vers. 10.11. Nehemias & pars Magistratus, Nehem. 12.40. Tobias senior, Tob. 13.v.1.2. Judith, Jud. 13.v.17.18. Syracides, Eccli. 47.10. & 51.v.8.15. Daniel, Dan. 2.23. Sidrach, Misach, & Abdenago, 3.v. 24.25.26. Nabuchodonosor, 4.v.31.32. Helchias & uxor ejus, 13.63. Pueri, Matth. 21.15. Angeli. Luc. 2.13. Pastores, vers. 20. Plebs, 18.43. Turba, 19.v.37.38. Discipuli, 24.v.53.54. Claudus sanatus à Petro, Actor. 3.v.7.8. Paulus & Silas, 16.25. Vide GLORIFICANTIUM exépla. Homines ita laudandi, ut eorum vitia non probentur. Exempla in Asa, 1. Reg. 15. 14. Amasia, 2. Par. 25.2. Joatham, 27.2.

LAZARUS ante ostium divitis epulonis jacet, Luc. 16.20.

LAZARUS, Christi amicus, Joan. 11.5. propter Dei gloriam morbo correptus, vers. 4. à mortuis excitatur, vers. 43. excitatus persecutionem

sustinet

sustinet à Judæis, 12. vers. 10.

LEA, filia Laban, natu major, Gen. 29. 18. pro sorore Rachele supponitur, v. 23. præ sorore à viro contemnitur, vers. 29. Deus eam fœcundam reddit, v. 30.

LEBBAEUS, cognomine Thadæus, Discipulus Christi, Matt. 10. 3. appellatur Judas Jacobi filius, Luc. 6. 16.

LEBNA seu Lebadana, lacus in deserto, ubi castra metati sunt Israelitæ, Num. 33. 20.

LEBNA, civitas Sacerdotum in Tribu Juda, à Josua capitur, Jos. 10. v. 29. 30. & 15. 42.

LECTIO Legis præcipitur, Jos. 1. 8. Deut. 31. 11. Lectio Legis & Prophetarum usitata, Act. 13. v. 15. 27. & 15. 21. Lectio Scripturarum quàm utilis, 2. Pet. 1. 19. Apoc. 1. 3. Vide 2. Timoth. 1. 6. & 3. v. 15. 16. & 4. 13. 1. Cor. 10. 11. Roman. 15. vers. 4. Lectio Scripturæ sacræ Pastoribus necessaria, 1. Tim. 4. 13

LEGISLATOR unus, Jac. 4. 12.

LEGISPERITI objurgantur, Luc. 11. v. 46. 52.

LENITAS in corrigendis fratribus commendatur, Vide MANSUETUDO.

LEO de Tribu Juda, Apoca. 5. 5. Leo occidit Prophetam inobedientem, 1. Regum 20. 36. Leones in Samariam à Deo immissi, & quare, 2. Reg. 17. vers. 25.

LEPRA à lepra distinguenda, Lev. 13. 2. Lepræ plaga metuenda, Deut. 24. 8. Leprosus quomodo mundandus, Levit. 14. 2. Leprâ peccatores Deus affligit. Leprosorum exempla: Maria, Num. 12. 10. Naaman, 2. Reg. 5. 1. Giezi, v. 27. quatuor leprosi, 7. 3. Ozias, 2. Paral. 26. 19. quidam leprosus, Matt. 8. 2. Marc. 1. 4. Luc. 5. 12. Simon leprosus, Matt. 26. 6. Leprosi sub Elisæo, Lu. 4. 27. decem leprosi, 17. 12. Leprosi mundantur, Vide MIRACULA. Leprosæ domus consideratio, Lev. 14. 34. Leprosorum segregatio, 13. 40. Num. 5. 2. 2. Reg. 15. 5.

LEPUS: eo non vescebantur Judæi, Levit. 11. 6. Deut. 14. 7.

LEVI (ab audiendi verbo sic dictus) Jacobi ex Lea filius, nascitur, Genes. 29. 33. ejus benedictio, Deut. 33. 8. occidit cum fratre Simeone Sichimitas, Gen. 34. 25. punitio istius facti, 49. 5. Levi in Abrahami lumbis decimatus, Heb. 7. 9.

LEVITAE Tabernaculo destinati, Num. 1. 50. & 3. 6. Deuter. 10. 8. & 18. 5. & 33. 10. 1. Paral. 15. 2. 2. Par. 26. 18. & 29. 11. & 35. 3. Levitæ hæreditatem propriam nullam habuerunt, sed illis pro hæreditate erat Deus, Num 18. 20. Deut. 18. 1. Josue 13, 14. Levitæ numerantur, Num. 3. v. 15. 16. Levitæ zelo Dei præditi, Exodi 32. 26. quomodo purificandi, Num. 8. v. 6. 7. 21. Levitarum ætas, qua ad ministerium admittebantur, vers. 24. in classes distribuuntur à Davide 2. Paralip. 35. vers. 4. Levitarum officia, Numer. 1. vers. 49. & 3. ver. 1. &c. & 4. 4. & 18. 1. Paralip. 6. 31. & 9. vers. 14 2. Paralip. 8. 14. & 19. 8. Ezech. 44. ver. 11. pro primogenitis Israel assumit eos sibi Deus, Num. 3. vers. 12. 40. & 8. 16. puniunt peccatum erecti vituli, Exod. 32. 26. expelluntur ex Israel, 2. Paralip. 11. vers. 14. Levitarum habenda ratio, Deuteron. 12. 19. & 14. 27. Levitarum urbes, Numer. 35. v. 2. 3.

LEVIATHAN: ejus fortitudo, Job. 40. v. 20. 24.

LEVITAS, Vide INCONSTANTIA.

LEX: Lex primò pro universali doctrina, Jac. 1. 25. Secundò, in genere, pro

pro doctrina omni, quæ aliquid aut præscribit, aut interdicit, Rom. 3. v. 20. 27. qua ratione Euangelium vocatur Lex fidei, ibid. hoc est, doctrina, quæ salutem proponit sub conditione, Si credideris, quam & ipsam conditionem gratis dat Dominus ut implere possimus. Tertiò, synecdochicῶs pro ceremoniis legalibus, 1. Cor. 9. 20. Quartò, pro secunda Legis Tabula, Rom. 13. 8. pro præceptis secundę Tabulæ, Gal. 5. 14. Sextò, pro toto veteri Testamento, Joan. 10. 34. & 15. 25. Psalm. 1. 2. & 19. 8. Rom. 3. 19. Galat. 4. 21. pro doctrinæ sacræ libris, 1. Corin. 14. 21. Septimò, pro quinque libris Mosis, Gal. 3. 21. Octavò, pro Mosis & reliquorum Prophetarum scriptis, Rom. 3. 21. in posteriore versus parte. Nonò, pro ordinatione Aaronica, Heb. 7. v. 12. 19. Lex appellatur * Liber Domini, Esai. 34. 16. Litera, 2. Corin. 3. 7. quia lapideis Tabulis insculpta fuit, & audientium respectu non majorem vim habet, quàm scriptum aliquod per se omnis virtutis expers, nisi apud eos à quibus præstari possit. Ejusmodi verò facultatem cùm Lex in nobis non inveniat, sed contrarias potius tenebras, & animum prorsus ei repugnantem, ideò nihil aliud, quàm externa prædicatione docet, quid flagitet, quid prohibeat Deus: nostrum autem illud vitium non modò non emendat, sed etiam irritat, unde præceps est ad mortem saltus, nisi aliunde remedium petatur. At Euangelium, seu novum fœdus, quatenus Legi opponitur, per se & in se consideratæ, dicitur Spiritus: primò, propter veteres ceremonias temporarias, & in rebus crassis & corporeis positas: secundò, quia materia, argumentũ, Minister deniq; Euangelii est JESUS Christus, non jam docens quid fugere, quid facere oporteat (quod Legis officium est) sed seipsum in æternam vitam gratis offerens credentibus, nec offerens modò, sed etiam reipsa insinuans. (Vide LITERAM vocare solet Paulus.) Neque enim sicut Lex benedictionem, addita operum conditione, ita Euangelium justitiam sub fidei conditione offert (ita enim & Lex & Euangelium non vitam, sed mortem offerrent, cùm nec facere, nec credere per nos possimus) sed diverso prorsus modo. Lex quippe opera & quidé perfecta exigit, nec facultatem operandi præbere potest, ideóque in morte jacentes damnat. Euangelium verò per Spiritum Christi, quem secum habet adjunctum, fidem quam à nobis exigit, etjam donat electis, ut in Christo per eam apprehenso justificati ac sanctificati vitam æternam adipiscantur. Itaq; Euangelium vivificum, justitiæ, vitæ, salutis, pacis, æternum deniq; dicitur. Unde illud quoque liquet, literæ appellatione expositionem, quam vocant literalem, spiritus autem nomine allegorias intelligi non debere, ut nonnulli autumant. Vide LITERA. &, EUANGELIUM spiritus dicitur. Appellatur item Lex, Ministerium mortis, 2. Cor. 3. 7. extra Christum scilicet considerata: vel, quatenus facit ut ex agnitione peccati intelligamus nos esse morte dignos. Vide LITERA. * Pactum Domini, 2. Paral. 6. 11. Pædagogus noster, Gal. 3. 24. Vocatur autem Lex ceremonialis pædagogus, non quatenus opponitur Christo, ut chirographum mortis, Col. 2. 14. sed quatenus Christum expectatum adumbrabat: Aut, si de toto Decalogo interpretari malimus, Decalogus dicetur Pædagogus ad Christum, quia postquam nos ad agnitionem peccatorum nostrorum adduxit, simul etjam stimulum addit, ut de remedio seriò cogitaremus, & ad medicum JESUM Christum plena fide & fiducia confugeremus. Di-

ciur

citur item verbum vitæ, Act. 7. 38. virtus peccati, 1. Cor. 15. 56. extra Christum scilicet considerata: vel, quia illius adventu peccatum, quod antè sopitum, & penè mortuum jacebat, in nobis reviviscit, ut explicat idem Apostolus, Rom. 7. 9.

LEX quomodo per Christum * Abrogata, Eph. 2. 15. Col. 2. 14. nempe implendo illam, Matth. 5. 18. delendo chirographum, quod adversus nos erat, Col. 2. 14. ac à damnatoria Legis sententia & maledictione suos liberando, Rom. 6. 14. &c. Lex quibus * Bona, 1. Tim. 1. 8. Lex * Ceremonialis quo sensu vocetur ab Apostolo mortis chirographum, Col. 2. 14. Vide CEREMONIA. Lex ceremonialis synecdochicè, per Circumcisionem, ut illius imitationem intellecta, Rom. 2. 15. Lex quorsum * Data, 3. 10. & 5. 20. & 7. 7. Gal. 3. 19. 1. Tim. 1. 9. Lex quorsum, & quem in finem proposita sit, explicat Apostolus, Galat. 3. 19. Sensus est: Legem positam esse hominibus arguendis, ut ad promissionē tantò cupidiùs respicerent, & intelligerent, patefactis transgressionibus, se sola Dei gratia, quam Abrahamo patefecerat, & promiserat, servari, ac proinde omnes in Christum respicerent. Lex justo posita non est, 1. Tim. 1. 9. hoc est, Lex non lata est adversus eum, qui ad ipsius normam mores suos sponte componat, quales sunt ii soli, quos Dominus vera doctrina & Spiritu Sancto imbuit. Alii sic explicant, ut sit sensus (quæ tamen explicatio cum priore penè coincidit) Justi non egent Lege, quia Spiritus in ipsis inhabitans, eos gubernat, & ipsi sua sponte ad bonum opus efficiendum se inclinant. Nonnulli dicunt verbum κεῖται in Græco textu positum esse pro ὑπόκειται, ut sit sensus: Lex non premit, non urget justos, quum ii, qui sunt in Christo, sint extra condemnationem, Rom. 8. 1. Sunt qui locum hunc à consideratione duorum Legis terminorum, obligationis scilicet, vel ad obedientiam, vel ad pœnam, explicandum censeant, ut sit sensus: Justo Lex posita non est, scilicet ad condemnationem, intelligendo locum de altero Legis termino, quo obligat ad condemnationem & pœnas æternas inobedientes. Præter has pias & veras explicationes, simplicissima hujus loci sententia petenda videtur ex Galat. 5. 23. ut sit sententia: Justo non est Lex posita, hoc est, adversus justum, id est, adversus eum, qui fructus illos Spiritus in se habet, quos ibidem ponit Apostolus, non est Lex posita. Lex iram efficit, Rom. 4. 15. non sua, sed nostra culpa: quia cùm jam inde à nostro exortu simus iræ Dei obnoxii, supervenit postea Lex, quæ nostra culpa, non sua, damnationem cumulet, ac veluti cœptum opus absolvat. Lex per Mosen data, Joan. 1. 17. Act. 7. 38. per dispositionem Angelorum accepta, Exod. 19. 1. Act. 7. 53. Gal. 3. 19. ex Sione * Egressa, Mich. 4. 2. * Internuntii opera lata est, Gal. 3. 20. quia Deum ut terribilem ac formidabilem Legislatorem ferre non poterat Israel. * Levis dicitur, 1. Joan. 5. 3. illis scilicet, qui novas vires cœlitùs acceperunt, adeò quidē ut nulla re æquè, ac Lege Dei delectentur, nedum ut illis sit gravis & onerosa, quamvis supersit adhuc grauissimum & asperrimum spiritus cum carne certamen, id quod suo exemplo docet Apostolus, Roman. 7. 21. Sed gravis est eorum respectu, qui in carne sunt: sunt autem omnes homines in carne, qui non sunt renati ex Spiritu, adeò quidem ut eos non modò nihil allevet, sed etiam opprimat Legis pondus, non suo tamen, sed illorum vitio. Lex ergo per se considerata, nec gravis, nec levis dici potest, sed comparatè duntaxat,

pro

pro varia eorum conditione: quorum respectus habetur, ut explicatum est. Lex jugiter * Meditanda est, Psalm.1.2. Vide DEI Lex. perquam *Pura est,12.7.& 19.v.8.9.& 119.v.72.127. Lex *Regia est, Jac.2. 8. hoc est, sine ullis diverticulis, & quasi viæ regiæ instar omnibus patens. * Spiritualis, Rom.7.14.hoc est,non tantum ipsas exteriores actiones,sed in primis intimas etiam cogitationes arguens, ut explicat Christus,Matth.5.v.21.22. Lex dicitur non esse ex fide, Gal.3.12. hoc est, non pronunciare justum eum, qui credit,sed qui fecerit quod ipsa præcipit. Lex * Viva ac vivifica est, si à Christo inspiretur, 2.Cor.3.17.

LEX Christi, pro præcepto * Charitatis, Joan.13.v.15.33.34.& 15.12.Galat.6.2.ubi mutua charitas vocatur Christi Lex, quæ etjam nova dicitur, & consistit in charitate,Matthæi 5.44. & 7.12.& 22.26. Joan.13.34. Roman.13.10. Galat.5.14.& 6.2. 1.Timoth.1.5. Lex * Dei, Lex veritatis, Nehem.9.13. piorum oblectamentum, Psalm.1.2. Vide VERBUM Dei. Lex * Fidei,Roman.3.27.Vide LEX & ejus significata. Lex * hominis somnio polluti, 23.10. Lex * Justitiæ, Roman.9.13. Lex * Libertatis, Jacob.1.25.& 2.12. sic dicta, non quòd nos liberet Lex à maledictione,sed quia non nisi per Filium liberatis convenit,quibus jam non est onus seu jugum impositum ceremonialis illius Legis, Act.15.10. imò quos ne moralis quidem Lex, ut servos sub metu retinet, sed Spiritus Dei ad voluntariam obedientiam format. Lex * Mandatorum in decretis sita, Ephes.2.15. hoc est, in ritibus ceremoniarum. Lex * Operum,Roman.3.27.sic dicta à Paulo, omnis doctrina, quæ salutem promittit cum conditione hac, Si omnia feceris, quam unus Christus pro nobis implevit. Lex * Peccati & mortis, Roman.8.2. Lex Spiritus,pro Spiritu Dei, ibid.

LEX Dei animas convertit, & corda exhilarat, Psal.19.v.8.9. Lex jugum intolerabile neminem justificat, quemadmodum nec præstatur ab ullo mortalium, Act.13.38.& 15.10. Galat.2.16.& 3.10. Lex omnibus legenda, Deuter.31.12.Lex legitur,1.5.& 31.v.9.11. Jos.8.33. 2.Reg.23. 2. Nehem.8.8.& 9.3. 3.Esdr.9.39. 2.Mach. 8.v.19.23. Iram operatur, Roman.4.15. Vide suprà. per fidem stabilitur,3.31.in Sacerdotum ore versetur oportet, Deut.33.v.9.10.Malach.2.3. Lex & Prophetæ ad Joannem usque durant,Matth.11.13. Luc.16.16.

LEGIS *Absolutio in proximi dilectione sita,Rom.13.v.8.10. (Gal.5.14.) cujus dicti sensus est: Qui diligit alterum,nõ unicum aliquod præceptum obiit, sed in genere præstitit quod Lex jubet. Itaque non agit eo loco Apostolus de perfecta vel imperfecta Legis observatione,ut nugantur Sophistæ: sed charitatem ut Legis summam commendat,sicut apparet ex ratione,quæ subjicitur, & conclusione,quæ attexitur, nec est aliter intelligenda. Legis * Ceremoniæ abrogantur per Christum, Matth.11.13. Marc.15.38.Act.13.38.& 15.11.Roman.6.14.& 7.4.& 8.3. Galat.3.13.& 4.5. Ephes.2.13.Col.2.14.1.Petr.1.v.11.18. Legis contemtus valde noxius,Prover.28.9. Jerem.11.3. Vide VERBI Dei contemtus. Legis * Finis Christus,Rom.10.4. hoc est,quicunq; credit in Christum, habet quod Lex requirit: videlicet perfectam erga Legem obedientiam & justitiam,quam Christus credenti imputat.Finis enim Legis est, justificare illos, qui perfectè eam implent & observant: quem finem quò minus assequamur, non ulla Legis ipsius qualitas, sed carnis nostræ vitiositas impedit,cui demum ita medetur Christus,ut in eo

uno

uno gratis per fidem imputato, finem Legis consequamur, per illum scilicet justificati, qui pro nobis Legem implevit, factus pro nobis justitia, sanctificatio, &c. 1. Cor. 1. 30. Legis * Impletio sine Spiritu Dei fieri & præstari à nobis non potest, Deut. 5. 29. Psal. 118. 24. Luc. 18. 22. Act. 15. 10. Rom. 8. 2. Legis infirmitas, Rom. 8. 3. Heb. 7. 19. & 10. 1. Legis justitia, Rom. 10. 5. Legis liber in Templo repertus, 2. Reg. 22. 8. 2. Par. 34. 14. Legis natura, officiũ & operatio, Rom. 3. 20. & 4. 15. & 5. 20. & 7. v. 1. 7. Gal. 3. 19. 1. Tim. 1. 8. Hebr. 7. v. 18. 27. Legis observatio commendatur, Prov. 28. 7. Eccle. 12. 13. Malach. 4. 4. Mat. 19. 17. Legis observatores ultroneos esse oportet, Psal. 112. 1. Legis observatio vitã adfert, Levit. 18. 5. Ezec. 20. 11. Rom. 10. 5. Legis * Partes: Lex in tres partes ab Apostolo distribuitur, Rom. 9. 4. in διαθήκας, seu Legem, quã vocant, moralem: νομοθεσίαν, seu Legem judicialem, & λατρείαν, seu Legem ceremonialem: ubi διαθηκῶν nomine intelligendæ sunt Tabulæ fœderis, ut vocantur Deut. 9. v. 11. 15. Heb. 9. 4. utitur autem plurali numero, quòd duæ essent Tabulæ: quæ interpretatio commodior esse videtur, quàm si ad fœdus cum Abrahamo & ejus posteris initum referas: primùm, quia nõ nisi unum fuit hoc fœdus, quamvis sæpius renovatum: secũdò quia paulò pòst meminit ibidẽ promissionum, quæ ab illo fœdere vix possunt secerni: postremò, quia sic videtur distinxisse Legem Paulus commodissimè in suas illas partes, Moralem, Judicialẽ, & Ceremonialem, de qua antè. Vide & ἐντολὴ. Legis transgressores maledicti, Deut. 17. 26. Gal. 3. 10. Vide OBEDIENDUM Legi Dei. Legis in uno capite transgressor efficitur omnium reus, Jac. 2. 10. Legis Tabulæ dantur, Exod. 31. 18. Deuter. 5. 22. franguntur, Exod. 32. 19. Deut. 9. 17. dantur aliæ Tabulæ, Exod. 34. 27. Deut. 10. 1. Legis summa, Matth. 7. 12. & 22. 40. Luc. 10. 27.

LEGIS & Euangelii discrimen, 2. Cor. 3. v. 7. 8. Vide EUANGELII & Legis discrimen. Legis & fidei repugnantia qualis, Gal. 3. 12.

Legum iniquarum conditores reprehenduntur, Esaiæ 10. 1.

LIA, Vide LEA.

LIBELLUS repudii, & ejus lex, Deut. 24. v. 1. 2. 3. 4. Esai. 50. 1. Jerem. 3. 3. Malach. 2. 16. Matth. 5. 30. cur à Mose permissus, 19. 8. Marc. 10. 5. post repudium qui secundo matrimonio nullum esse locum contendunt, abutuntur dicto Luc. 16. 18.

LIBER: Liber pro recensione, Mat. 1. 1. Ciceroni est, libellus nominum, pro lege, Psal. 40. 8. Hebr. 10. 7. Liber videntium, 2. Par. 9. 29. & 12. 15. & 13. 22. Vide LIBRORUM quorundam, &c. catalogus. Liber αἰθεσπαπαδῶς Deo tribuitur, qui vocatur Liber vitæ, Exod. 32. 32. Psalm. 69. 29. Dan. 12. 1. Phil. 4. 3. Apoc. 3. 5. & 20. 12. & 21. 27. Vocatur & domus Israel, & arcanum Domini, Ezech. 3. 9. Vide & Lucæ 10. 20. ubi piorum nomina scripta esse dicuntur in cœlis. Liber involutus ad Ezechielem missus, Ezech. 2. 9. voratus ab Ezechiele, 3. 3. à Joanne, Apoc. 10. 10. Liber volans Zachariæ ostensus, Zachar. 5. 2. Libri curiosi combusti, Act. 19. 19. Librorum lectio utilissima, Dan. 9. 20.

LIBRORUM quorundam sacrorum catalogus, qui interciderunt. Liber bellorũ Domini, Num. 21. 14. Liber Justi, Jos. 10. 13. alii librum recti interpretantur, hoc est, librum forensium annalium, sive actorũ publicorum, qui intercidit, ut alii multi forenses, quorũ Scriptura meminit: Liber Nathan, 2. Par. 9. 29. & 29. 29. liber Gad, 29. 29. liber Semeię, 12. 15. liber Haddo, 9. 29. & 12. 15. liber Ahiæ, 9. 29. liber Jehu filii Hanani, 20. 34.

LIBERI: Liberi rectè, & ex Dei verbo instituendi, Exod. 12.24. & 13. 14. Daniel. 4 9. & 6.7. & 11.19. Liberi castigandi, Prov. 22.15. & 23. v. 13. 14. Ephes. 6. 4. humaniter fovendi, ibidem. Idolis non sacrificandi, Levit. 20. 2. Deut. 15. 18. in utero sanctificati, 1. Cor. 7. 14. Liberi non ex æquo à parentibus dilecti. Exempla: Esau & Jacob, Gen. 25. 28. Joseph & alii fratres, 37. 3.

LIBERORUM in parentes amoris exempla: Elisæus, 1. Regum 19. 20. Discipulus quidam, Matth. 8. 22. Liberorum erga parentes officium, Primùm debent amorem: Exempla: Joseph, Genesis 46. 29. Elisæus, 1. Regum 19. 20. Secundò, honorem. Exempla: Sem & Japheth, Gen. 9. 23. Joseph, 46. 29. & 48. 12. Salomon, 1. Reg. 2. 19. Paulus & Hebræi, Hebr. 12. 9. Tertiò, obedientiam. Exempla: Isaac, Gen. 22. v. 6. &c. Jacob, 28. v. 1. 2. Joseph, 37. v. 13. 14. Filia Jephte, Judic. 11. v. 36. 37. Samuel, 1. Sam. 1. 24. & 2. 26. Salomon, 1. Regum 2. 20. Tobias junior, Tob. 5. 1. Rechabitæ, Jerem. 35. vers. 18. 19. Susanna, Daniel. 13. vers. 2. 3. 63. Christus, Luc. 2. 51. Idem præcipit & Paulus fieri, Ephes. 6. 1. Col. 3. 20. Quartò, nutritionem: Exemplum: Joseph, Gen. 45. v. 9. 10. 11. Liberorum contumaciæ & inobedientiæ erga parentes exempla: Cham, Genes. 9. 22. Esau, 26. v. 34. 35. & 28. v. 8. 9. Simeon & Levi, 34. 30. Heli filii, Ophni & Phinees, 1. Sam. 2. v. 22. 23. 24. Filii Samuelis, 8. 3. Absalom, 2. Sam. 16. v. 1. 2. 3. 4. Filius prodigus, Luc. 15. v. 11. 12. Liberorum procreatio donum Dei est, Genes. 1. 28. & 4. v. 1. 25. & 16. 2. & 20. v. 17. 18. & 25. 21. & 29. v. 30. 31. & 30. 22. & 48. 9. Ruth. 4. 15. 1. Sam. 1. v. 19. 27. & 2. 21. Psal. 113. 8. & 127. 4. Esa. 66. 9.

LIBERATIONEM, seu libertatem pre Christum Græcis ἀπολύτρωσιν, duplicem constituit Paulus, Ephes. 1. cap. Unam qua redimimur, persoluto pretio, Christi videlicet sanguine, ut à servitute peccati & mortis manumittamur, vers. 7. ut fusiùs explicatur Rom. 7. capite. Alteram, qua in justam libertatem prorsus vindicemur, Ephes. 1. 14. Nos enim quamvis liberos, retinet tamen aliquatenus per vim peccatum in aliqua servitutis specie, ut quod volumus, non faciamus, Gal. 5. 17. & mors etiam nexos in vinculis tenet, in diem illum judicio extremo destinatum, quo nos Christus, ut à se redemtos liberali causa manu asseret. Non pugnant igitur inter se duæ istę liberationes, sed illa quidem peracta est, hanc verò quæ illius est complementum, speramus, ut Luc. 21. 28. Rom. 8. 13. Ephe. 4. 30. cujus est arrhabo Spiritus Sanctus, ex quo nos manumissos esse didicimus per fidem, ut nos tandem in justam libertatem ex malæ fidei possessoris potestate asserendos esse non dubitemus. Illam igitur docendi causa ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως vocare licebit, cujus passim meminit Apostolus, ut Rom. 6. 22. & 8. 2. Hæc verò dicitur ἀπολύτρωσις τῆς ἐκποιήσεως, id est, ad verbum, Liberatio vindicationis sive assertionis.

LIBERTAS pro liberatione à Legis ceremoniis, 1. Corinth. 9. vers. 1. 19. pro primo gradu ad vivificationem, 2. Corinth. 3. 17. id est, pro conditione illa Filiorum Dei, quibus exemtum est velamen cordis, servitus nimirum illa misera cæcitatis, & jugum illud tenebrarũ, quod unius hominis peccato nobis impositum, Lex non modò non gravabat, sed etjam altero jugo aggravabat. Deniq; hoc ipsum est, quod Propheta ait, Cor lapideum tollere, & carneum dare, cor illuminare, cor cõvertere, lucem videre, & similia omnia, quibus illa gratiæ Dei per Christum vis

significatur, illa, inquam nos reddens liberos, & ad tantam aspiciendam lucem Euangelii idoneos. Libertas vera per Christum, Joan.8.v. 32.36.Gal.4.31.& 5.13. Rom.6.18.& 8.v.2.21. 1.Pet.1.18.& 2.16. 2.Petr. 2.19. ex cognitione veritatis, Joan.8.32.& conscientia bona, 1.Tim.3. 13. per fidem, Gal.3.25. Libertas Christiana charitati subjecta est, 1. Cor.8.v.19.inter ædificationis & charitatis terminos consistere debet, Rom.14.v.19.20.21.1.Cor.6.12.in rebus mediis ad infirmorum fratrum conscientiam attemperanda est, 1.Cor.11.29.Libertas spiritualis, 7.22. cum servitute carnali non pugnat, Ephes.6.5. 1.Petr.2.16. Libertate Christiana non abutendum, Rom.14.v.15.16. 1.Corinth.6.12. & 10.23. & 8.v.8.9. Galat.5.13. 1.Pet.2.16.abusus ejus coërcetur, 1.Corinth.8.8. quomodo ea usus sit Paulus 9.v.15.18.22. nempe ut non offenderet quemquam, ibid. & 2.Cor.11.12. Libertas prava & improbanda, Job. 11.12. Jerem.34.15. Ose.7.16. 2Pet.2.18. Libertatis lex quæ dicatur, Jac.1.25. Vide LEX libertatis.

LIBERUM esse justitiæ, est non subesse imperio justitiæ, Rom.6.20. nec justitiam ullum jus in quempiam habere.

LIBERUM arbitrium: Liberum arbitrium Adamo initio collatum: quia ad Dei imaginem (quæ divinæ sapientiæ, justitiæ, integritatis, veritatis & innocentiæ participatio est) creatus fuit, Genes.1.27. & 5.1. & 9.6. Ephes.4.24 Col.3.9. illud sibi & posteritati perdidit, Eccles.7.30. Joan. 8.34.Rom.5.12. hinc liberi arbitrii expertes omnes homines asserantur, Genesis 6. vers.3.5. & 8.21. Deut. 12.8. & 29.4. & 30.6. 1.Reg.8.58. Psal.51.12.& 62.10.& 94.11.& 119.v.18.34.36. Proverb.16.9. Esaiæ 26. 19. & 55.1. & 60.2. Jerem.13.23.& 17.9 & 24.7. & 30.21. & 31.v.18.33. & 32.29. Heb.8.10.Ezech.11.19.& 36.26.Ose.13.9.Matth.16.17. Joan. 1.v.5.9.13.& 3.v.6.27.28.& 6.44. & 8.34.& 15.v.4.5.Rom.6.v,18.20.& 7. v.15.19.& 8.v.6.7.& 9.16.& 12.2. & 14.4. 1.Cor.1.31.& 2.14.& 4.7.& 12. v.3.6.& 15.10. 2.Cor.3.5.& 6.17.Ephes.1.18.& 2.v.3.5.8.10.& 4. vers.17. 18.22.& 6.13. Galat.5.22.Philip.1.6.& 2.13.Colos.1.21. 1.Thes.5.23. 2. Tim.2.1. Tit.3.5.Hebr.12.15.& 13.21.Jac.1.v.17.18. 1.Petr.2.9. 2.Pet. 1.3.& 2.19.(Vide MERITA evertuntur.)Sed contra Pontificii manssisse liberum arbitrium etjam post lapsum probant ex Genesis 4.7.Deut. 30.19. Jos.24.15.Psal.27.9. Sap.9.10. Eccli.15.18.& 31.10. Matth.24.37. 1.Cor.3.9.& 7.37.& illud cooperari gratiæ Dei, 1.Sam.7.3. 1.Paral.12. 14.Psal.10.17.& 73.13.Proverb.16.v.1.5.9.Eccli.2.20. Esaiæ 1.v.6.17.18. & 40.3.& 46.8.& 56.v.6.7. Jerem.3.v.1.12.22. & 4.v.3.4 14.& 7.3. & 18. v.8.11.& 25.5.& 26.13.& 32.15. Ezech.18.v.21.22.27.28.30.31.& 33.v. 14.15.16.19.Zach.1.3.Malach.3.7.Matth.3.v.2.3.& 11.33.& 12.28.Mar. 1.3.Luc.3.4. Joan.1.v.12.23.& 7.37. Act.3.19. & 8.22. & 9.6. & 10.35. Rom.10.13. 1.Cor.3.9.& 15.10.2.Cor.7.1.Ephes.5.14. Phil.2.v.12.13. & 4.13. Col.1.29.& 3.v.9.10.1.Tim.4.16.2.Tim.2 21, Hebr.4.16.& 12.v.12. 13.Jac.4.8.1.Pet.1.22.1.Joan.3.3.Apoc.3.20.

LIBERALITAS commendatur, Proverb.11.26 & 28.16.Tit.3.13.Liberalitatis bona, Prov. 28.27. Liberalitatis exempla: Rex Sodomorum, Gen.14.21.Rebecca, 24.18.Jacob, 33.10.Moses, Exodi 2.17. Israelitæ, 36.5. David, 1.Sam.30.26.2.Sam.9.7. Sobi & Naas, 17.28. Berzellai, 19. 32.Regina Saba, 1.Reg.10.10. quidam Princeps ex Tribu Ephraim, 2. Paralip.28.15.Cyrus, 1.Esdr.1.7 & 6.v.3.4.5. Principes Patrum, 2.68.Artaxerxes, 7.v.11.12.Nehemias & divites Judæi, Nehemiæ, 2.8.& 5.10.

Assuerus,

Assuerus, Esth.2.18.& 6.10. & 7.2. Tobias senior, Tob.1.19. Raguel.10. 10.Tobias senior & junior,12.2. Filii Job, Job.1.4. Job,29.vers.15.16.& 31.v.17.18. Magister militiæ Regis Babylonis, Jerem.40.v.4.5. Magi, Matth.2.11. Matthæus,9.10. Luc. 5.29. Dominus servi, Matth.18. 27. Christus,19.v.28.29.& 24.16.Joan.2.v.9.10. 11. Pater prodigi, Luc. 15. 22.Zachæus,19.v.6.8.Vidua paupercula,21.v.3.4. Barsabas, Act.4.v.36. 37.Antiochena Ecclesia,11.29.Lydia,16.15.Barbari,28.2. Publius,v.7. Paulus,2.Cor.12.15.Philem.v.19.Vide BENIGNITAS.

LIBERATIONIS miraculosæ exempla: In Noë cum suis, Genes.7.7. Loth cum filiabus,19.29. Josepho,41.v.9.10.&c. Act.7.v.6.7. Israelitis, Exodi 14.vers.27.28.& 18.v.7.8.9. Judic.2.16.& 3.9. & 6.34.&c.10.v.1.3. & 11.23,1.Esdr.8.31.Esth.10.9.Gedeone & populo Dei, Judic.17.7.Davide,1.Sam.17.37.2.Sam.22.v.1.2. Psal.18.3.& 57.4.& 91.3. & 116.v.5.6. in Samaria & Israelitis,2.Reg.7.v.1.2. Ezechia & populo Judaico,19. 35.Esdra & Israelitis,1.Esdr.8.31. & 9.13. Tobia,Tob.11.v.13.14.15.16. Sidrach,Misach,Abdenagone,Dan.3.v.23.24. Daniele,6.v.20.21. & 14. 39. 1.Mach.2.60. Susanna,13.v.42.43. Populo Dei, 2.Mach.2.v.17.18. Petro, Act. 12. v.6.7. Paulo, & cum ipso navigantibus, ac naufragium facientibus,27.v.22.23.

LIBIDO damnatur,Colos.3.5. Libido tenebrarum, Rom.13.v.12.13.ob libidinem diluvium,Gen.6.1.&c.

LICENT omnia,sed non expediunt,1.Cor.6.v.12.& 10.23.

LIGARE & solvere Ministris verbi Dei, cœlesti autoritate datum, Matth.16.19.& 18.18. Joan.20.23.

LIGNUM vitæ, Gen.2.9.& 3.22.Proverb.3.19.& 11.39.& 13.12.& 15.4. Apocal.2.7.& 22.v.2.14. Ligno immisso aquæ dulcescunt, Exod.15.25. Lignorum cæsores inter Israelitas,Deut.29.11.Jos.9.23. Lignorum parabola, Judic.9.8.&c.Ligna colligere die sabbathi vetitum, Num. 15. v.30.31. Lignum pro arbore, Hebraismus, Apocal.2.7.& 22.2. Lignum vitæ, 2.7. vocat Joannes divinam illam vim, quæ nos in beata illa & perpetua immortalitate fovebit, ut & Paradisum, locum illum beatitati nostræ destinatum: quarum rerum typus fuerat arbor illa vitæ in horto illo amœnissimo plantata,à qua in Adamo animali vita prædito excidimus,qua etiam anagoges specie Paulus duos constituit Adamos inter se oppositos,1.Cor.15.

LILIA Dei providentia crescunt,Matth.6.28.Luc.12.27.

ad LIMBUM extruendum arrepta videtur occasio ex 2.Mach.12.v.43. 44.45.46. Matth.5.26.1.Pet.2.19.& 4.6.Ephes.4.9.unde & probare contendunt.

LIMITES non transferendi,Proverb.22.28.& 23.10.

LINGUA pro idiomate,Gen.11.7. pro idiomate peregrino, 1.Cor.14.v. 2.14. pro dono linguarum per se considerato,vers.19. Lingua una erat initio, Gen.11.v.1.6. Lingua bona laudatur,Prov.15.4.& 18.21.Lingua à Deo gubernatur,16.1.Lingua moderanda & cohibenda,Levit.19.16. Job.5.21.Psal.34.13.& 52.4.& 140.v.4.12.& 141.3.Prov.4.24.& 10.v.18. 19.& 11.9.& 12.v.13.14.19.& 13.v.2.3.& 15.2.& 16.v.27.28.& 17.v.20.27 & 18.21.& 21.23.& 25.28.& 26.20.& 30.11. Eccle.5.2. Sap.1.11. Eccli. 14.1.& 5.16.& 20.5.& 22.33.& 23.17.& 25.12.& 23.17.Mat.12.36.Luc.6. 45.1.Cor.15.33.1.Pet.2.1. & 3.10.Jac.1.v.19.20. & 3.v.5.8. & 4.11. Vide DETRACTIO.Lingua nō nisi cū difficultate frenatur Jac.3.8.Lingua

Angelorum pro ſingulari & eximia, 1.Cor.13.1. Vide ANGELORUM linguæ. Lingua mala quàm noxia, Proverb.18.21. Jacob.1.26.& 3.v.5. 9. Linguarum diviſio ex ſuperbia orta, Gen.11.8. Linguarum donum credentibus collatum, Act.10.46.1.Cor.12.v.7.10.28.

LITES & contentiones fugiendæ, Proverb.20.3.Matth.5.40.Rom.13.13. 1.Cor.6.1.&c. Tit.3.1.2.Tim.2.23. Lites Paſtoribus vitandæ, 1.Tim.3.3. 2.Tim.2.24. Vide CONTENTIONES.

LITERA, pro externa ceremonia, & à ſpirituali ſuo fine ſeparata, Rom. 2.v.27.29. Vetuſtas literæ, pro Lege, 7.6. proverbi Dei prædicatione ad animum uſque non penetrante, 2.Corinth.3.6. Literam vocare ſolet Paulus non rarò Legem ipſam nudam, & à Chriſto ſeparatam, hoc eſt, tanquam mortuum quoddam ſcriptum in ſeſe, quod ad ſalutem nihil profit carnis noſtræ vitio, quia videlicet morbum duntaxat indicare poteſt in viſceribus noſtris latentem, ſanare verò non item. Quin etiam quia Lex illa extra Chriſti Spiritum conſiderata, peccatum in nobis irritat, ut fiat ſupra modum peccans, & morti nos dedat, Rom. 7.13. idcircò dicit Paulus literam occidere. 2.Cor. 3.6. & Moſis miniſterium vocat miniſterium mortis, & condemnationis, ibid. v.7. & Legem quoque peccati virtutem, 1.Cor.15.56. quæ quidem de univerſa Lege Moſis accipienda ſunt, quatenus extra Chriſtum conſideratur. Huic autem literæ idem Paulus opponit Spiritum, id eſt, Sancti Spiritus efficaciam, 2.Cor.3.6. quæ tum Chriſti juſtitiam, tum etiam Legem ipſam in cordibus noſtris inſculpſit: qua ratione dicitur Spiritus vivificare quos Lex occidit: Et Euangelicum miniſterium miniſterio Moſis ex illa hypotheſi oppoſitum, dicitur non eſſe literæ, ſed Spiritus, 2.Cor.3.v.6.&c. Interdum autem hæc Literæ & Spiritus antitheſis peculiariter ſpectatur in ceremoniis, ut Rom.2.v.27.29.& alibi ſæpe. Tunc igitur γράμμα, hoc eſt, literam vocat Paulus externum ſignum ab ipſius ſigni fine, ſive à virtute ſejunctum, quam vocat Spiritum: quoniam externa ceremonia eſt res per ſe mortua, & inutilis, niſi conjungatur veritas quaſi illius vita. Itaq; Circumciſio per literam (ut & hoc addatur) ſeu carnis (de qua agitur Rom.2. v. 27.29.) eſt pelliculæ abſciſſio. Circumciſio autem per Spiritum ſive cordis eſt ſpiritualis finis illius ceremoniæ: vera nempe pietas, juſtitia, cæteræque virtutes, quibus verè demum populus Dei à profanis gentibus diſcernitur.

LITERAE pro epiſtola: Literæ Davidis ad Joab per Uriam de ipſo interficiendo perlatæ, 2.Sam.11.14. Eliæ ad Joram, 2.Paral.21.12. Ezechiæ ad Iſraelem & Judam, v.30. Hoſtium Judæorum ad Artaxerxem, 1.Eſd.4.7. Thathanai ad Darium, 5.6. Darii ad eundem, 6.6. Artaxerxis ad Aſaph, Neh.2.8. Hoſtium Judæorum ad Nehemiam, 6.5. Optimatum Judæorum ad Tobiam, verſ. 17. Aſſueri ad provincias Regni ſui, Eſth. 1.22. & 3.12. & 8.10. Mardochæi ad Judæos, 9. 20. Eſther & Mardochæi ad eoſdem v.29. Nabuchodonoſoris ad provincias ſuas, Dan.3.98. Darii ad provincias ſuas, 6.25. Apoſtolorum ad Eccleſiam Gentium, Actor 15.23. Fratrum ad Achaienſes, 18.27. Lyſiæ ad Felicem, 23.26.

LOBNA civitas in Tribu Juda, occupatur, Joſ. 10.29. filiis Aaron datur, 21.13. contra Davidem rebellat, 2.Reg.8.22. oppugnatur ab Aſſyriis, 19.8.

LOCUSTAE: Locuſtæ in Aegypto propter Pharaonis duritiem, Exod. 10.4.

10.4. Locustæ propter peccata populi, 1.Reg.8.37. Locustæ industria, Proverb.30.27. Locustæ visio, Amos 7.1. Locustæ è fumo ascendentes, Apoc.9.3.

λόγος, pro sermone Euangelii, Marc.2.2. pro Euangelii prædicatione, 2. Cor.1.18. κατ' ἐξοχὴν pro doctrina Euangelica, Galat.6.6. Philip.1.14. pro ratione, Matth.5.32. pro syngrammatæ, Lucæ 1.1. pro eo ipso, de quo quis dicturus est in plurali numero, v.4. pro re quapiam, seu particula indefinita, Matth.21.24. & 22.46. Vide VERBUM. pro existimatione, Colos.2.23. pro promissione, Tit.1.3. pro sancto facundiæ dono, 1.Cor.1.5. & 2.1. & 4.20. 2.Cor.11.6. pro secunda in Deitate persona, Joan.1.1.&c.

Λογίζεσθαι, pro συλλογίζεσθαι, quod est, subductis rationibus certi quippiam statuere, Rom.3.28.& 6.11.& 8.18.

LOIS, avia Timothei, matrona fidelis, 2.Tim.1.5.

LONGÆVITAS, Longævitatis exempla: Adam vixit annos 930. Genes.5.v.4.5. Seth annos 912. ibid.v.6.7. Enos 905.v.10.11. Cainan, 910.v. 13.14. Mahalaleel 895. v.16.17. Jared 962.v.19.20. Henoch 365.v.23. Mathusalam 969.v.26.27. Lamech 777.v.30.31. Noë 950. Genes.9.v.28. 29. Sem 600. Gen.11.v.10.11. Arphaxad 438.v.12.13. Sale 433.v.14.15. Heber 464.v.16.17. Phaleg 239.v.18.19. Rehu 209.v.20.21. Sarug 230. v.22.23. Nachor 148.v.24.25. Thare 205.v.31.32. Sara 127. Genesis 23.1. Abraham 175. Genes.25.7. Ismael 137.v.17. Isaac 180. Genes.35.28. Jacob 147. Gen.47.28. Joseph 110. Genesis 50.26. Levi 137. Exodi 4.16. Caath 133.v.18. Amram 137.v.20. Aaron 137. Num.33.38. Moses 120. Deut.31.2.& 34.7. Josue 110. Jos.24.29. Judic.2.8. Eli 98.1.Samuel.4.v. 15.18. Joiada 130.2.Par.24.15. Tobias senior 102. Tob.14.v.1.2. Tobias junior 99. vel, ut alii, 127.v.16. Judith 105. Judith.16.28. Job.140. Job. 42.16. Mathathias 146.1.Mach.2.7. Antiochus 140.2.Machab.6. Eleazarus 90.v.24.

LONGANIMITAS commendâtur, Gal.5.22. Col.1.11. Longanimitatis exempla: Abraham diu expectavit prolem ex Sara, tandem centenarius suscepit, Genes.25.5. Deus, Exod.34.6. 1.Petr.3.15. Tobias, Tob.2.6. Job. Job.13.15. Susanna, Dan.13.35. Abacuc. Abac.2.3. Paulus, 2.Cor.6. v.4.5.6. Simeon, Luc.2.25.

LOQUACITAS damnatur, Prover.29.20. Colos.4.6. Vide MULTILOQUIUM vitiosum. Loquacitatis exempla: Eua, Gen.3.2. Dalila Samsonis uxor, Judic.14, v.16.17.& 16.v.16.17. Cognati Tobiæ, Tob.2.15. ancilla Saræ filiæ Raguelis, Tob.3.7. Uxor Job, Job.2.v.9.10.

LOQUI in tempore prudentia est, Proverb.27.11. Loquendum non statim, nec temerè, 13.3. & 17.v.28.29. Jac.1.19. Loquenda sunt vera, honesta, & quæ auditoribus prodesse queant, Exod.22.28. Psal.14.1.&c. Proverb.13.2.& 24.6. Eccle.5.2. Eccli.7.37. Marc.5.37.& 12.36. Ephes.4. 29.& 5.3. Col.3.8. 1.Petr.3.10. Loquendi tempus & opportunitas, Proverb.15.23.& 25.11. Eccles.8.5. Eccles.11.8.& 20.6.& 32.9.& 33.4. quomodo loquendum, Job.6.29. Proverb.15.4.& 16.v.20.22.& 29.11. Eccles.4.34.& 5.16.& 6.5. Col.4.6. Loquendi formulæ ex comparatione, Oseæ 6.6. Matth.9.13.& 12.7. Lucæ 14.26. 1.Petri 2.19. Loqui coram insipientibus intempestivum, Proverb.23.9. Loqui ad cor, est blandè & suaviter alloqui ac consolari, Genes.34.3.& 50.21. Judic.19 3. Ruth. 2.13. 2.Samuel.19.7. Esai.40.2. Oseæ 1.14.& 2.14. hoc est, loqui quæ sint

ci cordi. Loqui in corde, est cogitare, Psal.14.1.& 4.5. & 35.15.& 53.1. Loqui, pro polliceri. Luc.1.v.55.70.Hebraismus.

Loquutionis Dei cum homine, & hominis cum Deo exẽpla: Cum Adam & Eua, Genes.3.v.9.10.11. Cain,4.v.6.7. Noẽ,6.13.& 7.1.& 8.15. & 9.1.Abrahamo,12.1.& 13.14.& 15.1.& 17.1.& 18.13.Abimelech,20.3. Isaac,26.v.2.24. Jacobo,28.13.& 32.29.& 35.1.& 46.2. Mose,Exod.3.4. & 4.v.1.12. Mose & Aarone,6.1. Aarone & Maria,Numeri 12.4. Josua, Jos.1.1.& 4.1.& 7.10. Gedeone, Judic.6.39.& 7.2.Israelitis,10.v.10.11. & 20.23. Samuele,1.Sam.3.v.10.17.& 8.7.& 15.10.& 16.1. Davide,23.4. 2.Sam.2.1.Nathan,7.4.Salomone,1.Reg.3.5.& 9.v.2.3.& 11.11.Semeia, 12.22.Ahia,14.5. Elia,1.Regum 14.5.& 17.v.8.9.& 18.1.& 19.9.& 21.18. Manasse,2.Paral.33.10. Esaia,Esai.7.3.& 38.4.Jeremia,Jerem.1.4.Ezechiele,Ezech.2.1.

Loquutionis Angelorum cum hominibus & hominum cum Angelis exempla: Cum Agar, Genesis 16.v.8.9. Loth,19.12. Agar,21.17.Abraham,21.11.Balaam,Num.22.v.32.&c.Israelitis,Judic.2.4.Gedeone 6.20. Manue 13.13.cum Propheta Dei,1.Regum 13.18.Elia,19.7. Gad, 1.Paral.21.18. Esdra,4.Esdr.7.1.& 10.v.30.31. Tobia seniore,Tob.5.15. Juniore,6.7.

Loth filius Aran,Gen.11.27.vir dives,13.5. captivus abducitur,14.12.ab Abrahamo liberatur, v. 16. ab Angelis eripitur ex incendio Sodomorum,19.v.15.17. 2.Pet.2.7. uxor ejus in statuam commutatur,v.26.Sap. 10.7.Luc.17.32. cum filiabus incestum committit,Genes.19.v.33.34.justus dicitur,2.Pet.2.7.

Lotio pedum,Gen.18.4.& 19.2.Joan.13.v.4.14.1.Tim.5.10.

Lucas Medicus,Colos.2.7.& 4.14.Lucas Pauli adjutor,2.Timoth.4.11. Philem.v.24.

Lucernae,septem in Tabernaculo erant,Exod.25.37. jugiter accendi præcipiuntur, 27. 20. quamvis tantùm à vespere ad mane accensas mansisse constet ex Exo.30.8.Levit.24.3.1.Sam.3.3.Est ergo catachresis: Jugiter,pro quotidie.Earum dispositio,Num.8.3.forma,Exo.25.37. oleum,27.20. Lucerna nostra Deus, 2.Sam.22.29. Lucerna Israel David,2.Sam.21.17.1.Reg.11.36.

Lucifer cecidit è cœlo,Esai.14.12.ἑωσφόρος, pro doctrina Euangelii,2.Pet.1.19.

Lucius Cyrenensis Propheta,Act.13.1.

Lucri gratia docentes,Tit.1.7.

Lucus: Luci plantatio,Deuter.16.21. Luci Gentium excindi jubentur, Exod.34.13.id quod Josias præstitit,2.Reg.23.6.

Ludere: Ludunt coram vitulo Israelitæ, Exod.32.6. Ludit David coram arca,2.Sam.6.12.&c.Ludere,pro ludentium modo gestire,6.5.

Lugere, Vide Flere. Luctus, sive lugentium exempla: Abraham luget Saram,Genesis 32.2. Jacob Josephum,37.vers.33.34. Filii Jacob patrem,50.10. Israelitæ trangressionem,Exodi 33.4.Num. 14.39.Mosis obitum,Deut.34.8.Filiæ Israel filiam Jephte,Judic.11.v.39.40. populus Bethsamiticus,1.Samuel.6.19.Samuel Saulem,15.25.Israelitæ Samuelem,28.3. David Saulem & Jonathan,2.Sam.1.17. Israel Abiam,1.Regum 14,v.17.18. Ephraim filios suos,1.Paralip.3.22. Juda & Jerusalem Josiam, 2.Paralip.35.24. 3.Esdr.1.32. Esdras, 4.Esdr.8.v.15.16. Mulier quædam suam steriliratem, 9.38. Israelitæ Sionem, 10.v.6.7. Aman,

Esth.6.

Esth.6.12. Esther,14.v.1.2. Rex Danielem, Dan.14.39. Rachel (id est, tota illa vicinia Bethlehemitica, in qua Rachel Jacobi conjux in partu mortua sepultaque fuit) suos filios, Jerem.31.15. Matth.2.18. Sacerdotes calamitatem, Joel. 1. 8. Mathathias & amici ejus interfectos Judæos, 1.Machab.2.70. Vide FLETUS. Luctus mortuorum qualis tempore Christi, Matth.9.23. Lugentes beati, 5.5. Luget David Amnonem filium, 2.Sam.13.37. Lugendi non sunt mortui, 1.Thessal.4.13. Lugentibus consolatio promittitur, Luc.6.21.

LUMBI mentis succingendi, Luc.12.35. 1.Pet.1.13.

LUMEN est Euangelium, Act.16.v.18.23. Lumen pro præstanti & eximio bono, Jac.1.17.

LUMINARIA, Sol, Luna & stellæ creantur, Gen.1.14.

LUNA creatur, Gen.1.16. Lunam adorantes occidebantur, Deuter.3.5. Luna coram Deo splendida non est, Job.25.5.

LUNÆ officium, Gen.1.16. Psalm.104.20. Lunæ & aliis stellis sacrificat populus, Jerem.44.18. Lunæ gloria alia quàm Solis, 1.Cor.15.41.

LUNATICI à Deo sanantur. Vide MIRACULA.

LUTER ænei in Templo Salomonis, 1.Reg.7.38.

LUX: Lux, pro doctrina Euangelii, Act.26.23. pro Filio Dei, Joan.1.8. pro lucis ipsius creatore, vers.5. pro vi illa rationis & intelligentiæ in hominum animis accensa, v.4. pro cognitione gloriæ Dei, 2.Corinth.4.6. pro cœlesti gloria & spirituali Angelorum intelligentia, 2. Corinth.6.14. pro vitæ sanctimonia, Matth.5.16. Lux est Christus, Esaiæ 9.2. & 42.6. & 49.6. & 60.v.1.19. Joann.1.5. & 8.12. & 9.5. & 12.v.35.46. 1.Joann.1.5. & 2.8. Lux sunt & Christiani, Proverb.4.18. Matth.5.15. Roman.2.19. Eph. 5.8. Philipp.2.15. idque quibus de causis. Vide FIDELES. Lux sunt Gentes post Christum cognitum, Ephes.5.8. in luce incedere, 1. Joan. 1.7. dicuntur fideles, quatenus ipsis, radii illius lucis, quæ ibidem esse, & in qua esse dicitur Deus ad æternam beatitudinem contendentibus prælucent. Lucis opera, omnis bonitas, Ephes.5.9. societatem cum illa habere, 1. Joan.1.7.

LUXURIA damnatur, Galat.5.19. Luxuriæ exempla: Antiquior mundus, Genes.6.11. Sodoma & aliæ civitates circumjacentes, 19.24. Sichem, 34.25. Stupratores uxoris Levitæ peregrini, Judic.19.25. & 20.46. Abner, 2.Sam.3.8. Herodiadis filia, Matth.14.7. Marc.6.22. Prodigus filius, Luc. 15.13. Luxuria & superfluitas in vino, Ephes.5.18.

LUZA, quæ & Bethel, Gen.28.19. & 35.6. Jos.18.13.

LYCAONIA provincia, Act.14.6.

LYDIA purpuraria credit in Christum, Act.16.14.

LYSIAS Dux exercitus Antiochi, 1.Mach.3.32. pactum init cum Judæis, 6.58. capitur, & jussu Demetrii occiditur, 7.2.

LYSIAS Tribunus, civis Romanus pretio pretiato factus, Act.22.28. Paulum è manibus Judæorum liberat, 23.10. Puerum de insidiis Paulo structis admonentem benignè audit, v.19. ad Felicem Præsidem de Paulo scribit, v.26.27.

LYSTRA oppidum: Eò confugiunt Paulus & Barnabas, Actor.14.v.6.7. Lystrenses Paulo & Barnabæ sacrificare volunt, v.13.18.

M

MAACHA, filia Tholmai Regis in Geſſur, mater Abſalonis, 2.Sam.3.3.

MAACHA filia Abeſſalom, mater Abiam Regis Juda, 1.Regum 15.2. appellatur Machaia, vel Michæa, 2.Paral.13.2.

MACEDA, urbs in tribu Juda, à Joſua capitur, Joſue.10.28. ejus Rex eo modo quo Rex Jerichuntis à Joſua tractatur, ibid.

MACEDONIA provincia: in eam ut euangelizet adducitur Paulus, Act.16.v.9.10. mittit eleemoſynas pauperibus Jeroſolymitanis, Rom. 15.26.2.Cor.8.1.Macedonum laus, 1.Cor.8.v.1.2.3. zelus, 11.9.

MACERIAM inter Gentes & Judæos diruit Chriſtus, Epheſ.2.14.

MACHABÆORUM & matris eorum paſſio, 2.Mach.7.1.

MACHIRITARUM poſſeſſio, Deut.3.15. Joſ.17.v.1.3.

MADIAN, filius Abraham ex Cetura, Gen.25.2. ab eo orti Madianitæ, ab Iſraelitis Dei judicio cæduntur unà cum Regibus eorum, Num.31. 7. opprimunt Iſraelem, Judic.6.1. irruit in eos Gedeon, 7.1.&c. mutuis ſeſe vulneribus interficiunt, v.22.

MAGIA, Vide INCANTATIO.

MAGI, id eſt divini, non conſulendi, Levit.19.31.& 20.6.

MAGI Pharaonis virgas ſuas in colubros mutant, Exod.7.12. ranas ſuper terram educunt, 8.7. educere ciniphes non poſſunt, v.18. Digitum Dei, id eſt virtutem Dei in Moſe & Aarone operari agnoſcunt, verſ.19. duo eorum à Paulo commemorantur, & nominibus ſuis appellantur, 2.Timoth.3.8. Magi & Arioli à Saule ſublati, 1.Sam.28.3.

MAGI Perſæ, id eſt, Sapientes Chriſtum adoraturi veniunt, Matth.2.1.

MAGISTRI, pro iis qui jus rigidæ cenſuræ in alios uſurpant, damnantur, Jac.3.1. magiſtri mendaces quales, 2.Pet.2.1.

MAGISTER noſter Chriſtus ſolus, Matth 23.10. Joan.13.13.

MAGISTRATUS* Bonus à Deo eſt, 2.Par.2.11. Eſa.22.20. Magiſtratuum bonorum exempla: Joſeph, Geneſ.50.v.19.20. ſeptuaginta Seniores, Numer.11.16. Joſua, 27.v.16.17. Deuter.19.15. Judices, Judic.2.v.16.18. Othoniel, 3.9. Aod, v.15. Gedeon, 6.v.14.15.34. Saul 1.Samuel.9.v.15.16. David, 2.Sam.5.12. 1.Paralip.28.4. 2.Paral.18.14.& 21.17.&c. Salomon, 1.Reg.3.7.& 10.9. Jehu, 2.Reg.9.v.1.2.3.&c. Joachaz, 13.v.4.5. Cyrus 2.Paralip.36.22. Nabuchodonoſor, Daniel.2.v.37.38. Magiſtratus Deminiſter eſt, Roman.13.v.4.6. Dii vocantur, Pſal.82.1. Cur ſic vocentur, Vide REX. Non ſunt aſpernandi, Joan.10.v.34.35. 2.Pet.2.10. Judæ v.8 Vide REX. Magiſtratus boni quàm neceſſarii, Judicum 2.19.& 8.33 1.Sam.7.13. 1.Reg.3.28. 2.Paral.29.20. Prov.11.14. Eccleſ.10.17. Magiſtratus* Officia, 2.Paral.9.8.& 19.6. Pſa.82.2. Rom.13.v.3.4. ſunt: Primo, Amplecti veram religionem, illi hoſpitium præbere, & Dei gloriam & hominum ſalutem, quantum in ſe eſt, procurare & promovere. Exempla: Joſuah, Num.27.v.18.19. Joſ.3.v.5.6.7. Saul, 1.Sam.10.16. Samuel, 12.v.20.21. David, 2.Sam.6.v.20.21. Pſal.2.v.10.11.& 24.v.6.7.& 148.11. 1.Reg.2.v.1.2.3. 1.Paral.16.v.1.2. Salomon, 1.Reg.8.v.22.23.24.& 9.25. Ezechias, 2.Reg.18.v.3.4.5. 2.Paralip.9.v.25.26. Joſaphat, 17. v.3.4.5. Joſias, 2.Reg.23.verſ.2.3.4. 2.Paralip.34.33.& 35.v.2.&c. Cyrus, 3622.

1.Eſdr.

1.Esdr.1.v.2.3. Secundò, Abolere idololatriam Gentilium, & ritus honestati adversantes. Exempla: Asa, 1.Reg.15.v.12.13. Jehu, 2.Reg.10. v.25.26.&c. Ezechias, 18.v.4.5. Josias, 23.v.4.5.6. Rex & Daniel, Dan.14. vers.21.22. Tertiò, illis sublatis & abolitis, curare ut pura & syncera doctrina tradatur, ac propagetur, veríque cultus & ceremoniæ divinitus institutæ observentur & exerceantur. Exempla: Rex Assyriorum, 2. Reg.17.v.26.27. Josaphat, 2.Paral.17.v.7.8. Nabuchodonosor, Dan.3.v. 97.98.99. Darius, 6.v.25.26. Josias, 2.Reg.23.21. Ezechias, 2.Paral.30.1. Quartò, In pietate vera & religione sana majorum exempla imitari. Exempla: Asa, 1.Reg.15.v.11.12. Josaphat, 2.Paral.17.v.3.4. Ezechias, 2.Reg.18.v.3.4.&c. 2.Par.29.2. Josias, 2.Reg.22.2. Quintò, Esse nutritium Ecclesiarum & Scholarum: Exempla: Pharao hospitium præbet, & alimentum subministrat patri & fratribus Joseph, Gen.47.v.5.6. Duces populi Israelitici, Num.7.v.1.2.&c. Principes Israelitarum, 31. vers.49. 50. David, 1.Paralip.29.2. Principes familiarum, vers.6.7. Hiram, 1.Reg. 5.10. Salomon, 8.64. Asa, 15.v.11.15. Ezechias & subditi ejus, 2.Par.31.v. 4.5. Cyrus, 1.Esd.1.v.6.7. Dan.14.1. Darius, 6.v.3.4. Abdias domus Regis Achab dispensator, 1.Reg.18.13. Abdemelech, Jerem.38.vers.7.8.9.10. Magi, Matth.2.11. juxta illud Esaiæ 49.23. Sextò, exemplo pietatis, honestatis & justitiæ subditis præire, & iisdem de victu prospicere, præsertim famis tempore. Exempla: Joseph, Gen.47.v.23.24. David non curat irrisionem uxoris suæ, sed lætatur, & ludit coram arca Domini, 2. Samuel.6.14.1.Paral.18.14. Saul, 2.Samuel.1.24. Samuel, 1.Sam.12.v.2.3. Salomon, 1.Reg.10.v.6.7.8. Josaphat, 2.Paral.19.ver.6.7. Rex Ninivitarum, Jon.3.v.6.7. Septimò, Ceremonias divinitùs institutas unà cum subditis sanctè observare, & idoneos Ecclesiæ Pastores legitimè à Deo & Ecclesia electos ac vocatos præficere. Exempla: Salomon. 1.Reg.2. v.26.27.35. Salomon & omnis Israel, 8.v.62.63.64. Rex Assyriorum, 2. Reg.17.v.27.28. Ezechias & populus Judaicus, 2.Par.30.v.1.2. Ezechias, 31.2. Octavò, De rebus agendis & administrandis os Domini consulere: hoc est, ministerium verbi, eíque obtemperare. Exempla: Josuah consulit Eleazarum, Numer.27.v.20.21.22. Saul obtemperat Samueli, 1.Sam.10.vers.8.9. David consulit Dominum, 23.19. monitis Gad obtemperat, 24.18. Josaphat & Achab consulunt Michæam, 1. Reg. 22.v.5.7. Rex Juda, Israel & Edom, Elizæum, 2.Reg.3.11. Ezechias Esaiam, 19.2. Sedechias Jeremiam, Jer.38.14. Nonò, in publicis calamitatibus subditos ad seriam pœnitentiam & orationem edictis cohortari. Exempla: Josaphat, 2.Paral.20.v.3.4.18.19.20. Ezechias, 32.v.6.7. Rex Ninivitarum, Jon.3.vers.6.7. Decimò, Extruere & resarcire ædificia, in quibus verus Dei cultus tractetur. Exempla: David instituit ædificare domum Domino, sed prohibetur, 2.Samue.7.v.2.5. Salomon, 1.Regum, 5.v.4.5.&6.2. Josias, 2.Reg.22.v.3.4.5. Cyrus, 2.Paralip.36.22. Darius, 1.Esd.6.v.1.2.3. Undecimò, Viros pios ac bonos ad gubernationem idoneos præfectos ordinare & constituere. Exempla: Moses, Exodi 18.v.21.22. David, 2.Sam.8.v.14.15.16.17.18.& 10.vers.23. Salomon, 1. Reg.2.v.34.35.& 4.v.2.3.& 11.28. Josaphat, 2.Par.19.vers.4.5.11. David prolixè describit, quos & quales in aula sua ferret, Psalm.101.vers.4.5.6. 7. Duodecimò, Prius cognoscere causam, quàm sententiam ferre: & in rebus ambiguis propter aliquot probabiles causas decidere. Exempla: Israelitæ, Judic.20.vers.3.&c. Josuah, Jos.9.vers.19.20. Salomon,

1.Reg.

1.Reg.3.v.23.24.Decimotertiò,Inire fœdus,& colere amicitiam & pacem cum vicinis gubernatoribus. Exempla:Abimelech cum Abraham Gen.21.27.David cum Hanon,1.Par.19.2.Salomon cum Hiram,1.Reg. 5.v.4.5.cum Pharaone,3.v.1.2. cum vicinis Regibus, 2.Paral.9.v.23.24. Decimoquartò, Dimicare pro libertate, vel defendenda,vel recuperanda, & tueri authoritatem ac regnum adversus seditiosos ac hostes publicos.Exempla: Quinque Reges Sodomorum, Gen.14.8. Aod, Judic.3.28.Samgar,v.31. Debora & Barach,4.14. Gedeon,7. vers.22.23. Jephte,11.v.32.33. Joab, 2.Samue.10.12.David,20.6.Ezechias,2.Reg. 18.v.7.8. Decimoquintò,Supplicia de hostibus sumere, & innocentibus parcere.Exempla: Josuah, Jos.8.26.Samuel, 1.Sam.15.v.33.34.Saul parcit Cinęo,v.6.Salomon,1.Regum.1.52. Magistratus boni præmia à Deo promissa & præstita. Exempla: Josuæ, Jos.3.7.Davidi,1.Reg.2.v. 44.45.Salomoni,9.4.Jeroboam,11.v.30.31.38.Ezechiæ,2.Reg.18.7. Josaphato,2.Par.17.v.3.5.

PETRUS ad Chriſtum adducitur, Joan.1.43. à Chriſto vocatur, Matth. 4.18. futuræ vocationis admonetur, Lucæ 5.10. Apoſtolus Chriſti eſt, 1.Petri 2.1. 2.Petri 1.1. Judæorum Apoſtolus,Galat.1.v.7.8. fide ſuper aquas ambulat,Matth.14.29. Chriſtum interrogat,18.21. Chriſtum verum Meſſiam agnoſcit,& confitetur,16.16.Luc.9.20.Joan.6.69.à Chriſto Satan vocatur,& cur,Matth.16.23.Marc.8.23.Cæſari tributum pendit,Matth.17.27.Malcho auriculam amputat,26.51.Marci 14.47.Lucæ 22.50.Joan.18.10. Chriſtum ſequitur,Matth.26.58.Marc.14.54. Chriſtum negat, Matth.26.v.70.72.74. Marc.14.v.68.70. Luc.22.v.57.58.60. Joan.18.v.17.25.27.eum turpis facti pœnitet,Matth.26.75.Marc.14.72. Lucæ 22.62. pro terna abnegatione, ternam confeſſionem edit,Joan. 21.v.17.25. Chriſti monumentum inviſit, Lucæ 24.12. Joan.20.4. in carcerem ter conjicitur, Actor.4.3.& 5.18.& 12.4. liberatur,v.9.11. in Samariam miſſus illic Euangelium annuntiat,8.14. Paralyticum ſanat, 9.34. à Paulo reprehenditur, Galat.2.v.11.14. Tabitham ex mortuis excitat,Actor.9.40. viſionem videt, 10.v.11.12. Petrus morte violenta moriturus, Joan.21. v.18.19. paſſionum Chriſti teſtis eſt, 1.Petri 5.1. Petri conciones, Actor.1.16. & 2.14.& 4.8. & 10.34. & 15.7. curioſitas coercetur, Joan.21.v.21.22. ſocrus ſanatur,Matth.8.14.Lucæ 4.v.38.39. umbra,infirmos ſanat,Actor.5.15.uxor,2.Corinth.9.9. Petrum primum Apoſtolorum eſſe probatur à Pontificiis, ut primatum Pontificis Romani adſtruere poſſint,ex Matt.10.2.& 16.v.18.24.&c.Luc.22.v.31.&c. Joan.21.17.&c. Vide PRIMATUS Petri.

PHACEIA, Manahen filius, in Iſrael regnat, 2.Reg.15.23. impius eſt,v. 24.à Phacee interficitur,v.25.

PHACEE, filius Romeliæ, poſtquam occidit Phaceiam, regnum Iſrael uſurpat,2.Reg.15.27.impiè regnat,v.28.pugnat contra Jeruſalem,Eſa. 7.1. occidit de Juda centum viginti millia virorum uno die,2.Par.28.6. ab Oſee interficitur,2.Reg.15.30.

PHALEG,filius Heber, cur ſic dictus,Gen.10.25. ejus anni & poſteritas, 11.v.18.19.

PHANUEL,

PHANUEL, id est aspectus, vel facies Dei: sic vocatur locus, ubi Angeli visi sunt Jacobo, Gen. 32.30.

PHANUEL turris subvertitur à Gedeone, occisis habitatoribus civitatis Judic. 8. v. 8. 13. 17.

PHARAO: Pharao Aegyptiorum Regum nomen commune: Primus de quo sacra Biblia verba faciunt, Sarai Abrahæ uxorem sibi adduci imperat, Ge. 12. 15. ob id à Deo percutitur, v. 17. cum Abrahamo, quòd sibi Sarai uxorem esse dissimulasset, expostulat, v. 18. eam illi restituit, v. 19. liberaliter eos dimittit, v. 20.

PHARAO, in his de quibus Biblia loquuntur, secundus, somnium videt, Genes. 41. vers. 1. 2 3. 4. Somniis perterritus, conjectores, qui ea interpretentur, accersit, vers. 8. Josephum super somniis consulit, vers. 14. 15. 17. Josephi consiliis acquiescit, v. 37. eum universæ Aegypto præficit, v. 39. 40. Actor. 7. 10. Jacobum Josephi patrem liberaliter excipit, Gen. 47. v. 7. 8. ejus mandato terra Patriarchis habitanda & excolenda traditur, v. 11.

PHARAO, in his, de quibus Biblia, tertius, Josephi in Aegyptum beneficiorum immemor, Exod. 1. 8. Act. 7. 18. hic adversus Israëlem ingeniosus est, Exod. 1. v. 9. 10. 15. 22. Act. 7. 19. cum aggrediuntur Moses & Aaron, Exod. 5. 1. blasphemat, v. 2. impium se confitetur, 9. 27. & 10. 16. induratur, 9. v. 34. 35. & 10. vers. 1. 20. 27. & 14. v. 4. 8. 17. ejus indurationis finis, Rom. 9. 17. fluctibus cum toto exercitu obruitur, Exod. 14. 28.

PHARAO, in his, quos Scriptura recenset, quartus, cognomine Nechao: Joachas Judæ Regem in vincula conjicit, 2. Reg. 23. 33. in ejus locum Eliacim, ejus fratrem, Regem constituit, v. 34. 2. Paral. 36. v. 3. 4.

PHARAONIS filiam accipit Salomon uxorem, 1. Reg. 3. 1.

PHARAONIS, id est Regis, & regni Aegyptiaci excidium prædicitur, Ezech. 29. v. 2. 3. & 31. 13.

PHARES (id est ruptura) Juda ex Thamar filius, nascitur, & è re nata nomen sortitur, Gen. 28. 29. ejus filii, 46. 12. 1. Par. 2. 5.

PHARISAEUS quidam Christum convivio excipit, Luc. 7. 36.

PHARISAEI (à sejungendo dicti, quòd ab aliis affectata vitę sanctimonia sejuncti essent. Idē testatur & Tertullianus lib. de Prę script.) Pharisæi maledicti, Matth. 23. v. 13. 14. 15. Luc. 11. v. 42. 43. 44. Joannem Baptistam accedunt, & ab eo graviter increpantur, Matth. 3. 7. Joan. 1. vers. 19. 24. à Christo insciti æ arguuntur, Matt. 12. 7. in Christum conspirant, & illi insidiantur, Marc. 3. 6. & 12. 13. murmurant in Christum, Matth. 9. 11. Marc. 2. 16. Luc. 5. 30. & 15. 2. & in ejus Discipulos, Matth. 12. 2. & 15. 2. Marc. 2. 24. & 7. 5. Luc. 6. 2. signum postulant, Matthæ. 12. 38. consilium Dei spernunt, Lucæ 7. 30. Chirstum tentant, Vide CHRISTUS. Ut Christum capiant, Ministros mittunt, Joan. 7. 32. eorum doctrina noxia, ideóque cavenda, Matth. 16. 6. Pharisæi & Scribæ intelligentes & sapientes dicuntur à Christo, per concessionem: Tales enim eos esse oportuerat, cum fuerint omnium maxime rudes, Matt. 11. 25. Pharisæi, nomen sectæ: Scribæ verò, nomen publici muneris, ut apparet ex Act. 23. 9. Pharisæorum mores notantur, Matth. 23. v. 7. 8. Luc. 16. 14. Pharisæus & publicanus orant, 18. 10.

PHARISAISMUM Paulus exquisitissimam sectam vocat. Act. 26. 5. partim ex adversariorum hypothesi, qui sectam Pharisaicam pro sanctissima & religiosissima habebant: partim collatione cum reliquis facta, cum

cùm Phariſæi reſurrectionem futuram crederent, Sadducæi verò eandem negarent, Act.23.8.

PHASE Domini præcipitur, Exod.12.18. Levit.25.5. Deuter.16.2. ritu perpetuo celebrandum, Exod.12.17. Vide PASCHA.

PHASSUR Sacerdos, filius Emmer, Jerem.20.1. Jeremiam percutit, v.2. ab eo reprehenditur, v.3.

PHEGIEL, dux Tribus Aſer, Num.1.13.

PHELTIAS moritur, Ezech.11.13.

PHENENNA, altera Elcanæ uxor, 1.Sam.1.1. fœcunda eſt, verſ.2. inſoleſcit, & ſterilitatem Annæ exprobrat, v.6.

PHERESAEI, funditùs deleri præcipiuntur, Deuter. 20.17. à Juda vincuntur, Judic. 1.4. eorum reliquiæ Salomoni tributum pendunt, 2.Paral.8.7.

PHIALARUM Templi fabricatio, 2.Paral.4.8.

PHIGIEL, Vide PHEGIEL.

PHILEMON, Pauli adjutor, Philem.verſ.1. ejus charitas & fides laudatur, verſ.5.6.7.

PHILETUS, vel, ut alii legunt, Phygellus, Apoſtata, 2.Tim.1.15. ſeductor eſt, 2.17.

PHILIPPI, prima Macedoniæ civitas, Act.16.12. ejus cives Euangelium recipiunt, v.3.14.16.

PHILIPPUS Apoſtolus à Chriſto vocatur, Joan.1.43. à Chriſto Deum Patrem ſibi oſtendi petit, 14.8.

PHILIPPUS Diaconus eligitur, Act.6.5. Euangeliſtæ munus obit, 8.v.5. 38. & 21.8. ejus filiæ prophetant, v.9. Paulum & ejus comites hoſpitio excipit, verſ.10.

PHILISTHAEI unde oriundi, Gen.10.14. 1.Par.1.12. Philiſthæi ſexcenti vomere à Samgare occiduntur, Judic.3.1. cæduntur, 1.Sam.7.11. & 14.14. & 19.8. & 23.5. 2.Sam.5.20. 1.Par.14.11. 2.Sam.21.22. 1.Par.18.1. & 20.4. Davidi tributarii fiunt, 2.Sam.8.1. cædunt Iſraelitas, 1.Sam.31.1. terram Juda invadũt, & vaſtant, 2.Par.21.17. & 28.18. vincuntur, 2.Reg. 18.8. 2.Par.26.7. Philiſthæorum excidium prædicitur, Eſai.14.29. Jere. 47.1. Ezech.25.15. Amos 1.8. Soph.2.5. Zach.9.6.

PHILOSOPHIA in rebus Dei fallax, Col.2.8. ideóque damnatur ab Apoſtolo non ſimpliciter, ut qui principiis cum vera Philoſophia communibus ſæpe utatur, methodum quàm accuratiſſimè obſervet, Philoſophiam veram Dei donum eſſe ſciat, & Epiſcopum velit eſſe ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, id eſt, qui rectè ſermonem veritatis ſecet, 2.Timot.2.15. (quod ſine mediocri liberalium artium & Philoſophiæ cognitione fieri non poteſt) ſed χ τὶ, quatenus nimirum illa ſeſe intra fines ſuos non continet, nec ad gloriam Dei fertur, ſeſe deniq; verbo Dei, cui ancillari, non dominari debebat, regi non ſinit (Lutherus eleganter Philoſophiam aſinæ comparabat, & Chriſtum verbo Dei, & dicebat Philoſophiam, id eſt aſinam, non eſſe imponendam Chriſto, ſed Chriſtum potius & Dei verbum aſinæ, id eſt Philoſophiæ, ut nimirum non dominetur, nec præjudicet Philoſophia ipſi verbo, ſed famuletur tantùm & ancilletur.)

PHINEES, Eleazari filius, Exod.6.25. Judic. 20.28. ſcortantes occidit, Numer.25.8. ejus zelus, Pſalm.106.30. mittitur in terram Galaad, Joſ. 22.13.

PHINEES, Heli Sacerdotis filius, 1.Sam.1.3. impius eſt, 2.12. moritur, 4.12.
PHISON, primus Eden fluvius, Gen.2.11. ejus præſtantia, v.12.
PHITHON urbs, ædificatur à Filiis Iſrael in Aegypto, Exod.1.11.
PHOEBE, Diaconiſſa, Rom.16.1.
PHRYGIA provincia, Act.2.10.
PHUA, una ex Obſtetricibus Hebræis, Exod.1.15.
PHUL, Rex Aſſyriorum, copias adducit contra Iſraëlem, 2.Reg.15.19.
PHYLACTERIA, Vide Φυλακτήρια in F.
PIETAS: Pietas, pro legitimo & ſpirituali Dei cultu, 2.Petr.3.11. cum quo comparantur corporis macerationes, 1.Tim.4.v.7.8. commendatur, 4.v.7.8.& 6.v.6.11.Tit.2.12. pietas Reges ditat, Proverb.25.5. Pietatis exempla: Abel, Gen.4.4. Henoch, 5.22. Noah, 6.9. & 7.1. & 8.20. Abraham, 12.v.7.8.& 13.v.4.18. & 18.v.18.19.& 21.33. Abrahæ Famulus, 24.12. Iſaac, 26.25. Jacob, 28.18.& 33.20.& 35.7. Joſeph, 42.18. Moſes, Exod.17.15. Joſias, 2.Reg.22.13. & 23.2. David, 1.Paralip.21, 26. Aſa, 2.Paralip.14.11. Joſaphat, 17.3. Ezechias, 29.20. Nehemias, Nehem.8.7. Job, Job.1.v.5.20. Ezechias, Eſa.37.1. quidam Jeroſolymitani, Act.8.2. Cornelius, 10.2. Barnabas, 11.24. Lydia, 16.14. Juſtus, 18.7. Lois & Eunice, 2.Timoth.1.5. Oneſiphorus, v.16. electa illa Domina, ad quam Joannes ſuam ſecundam ſcripſit Epiſtolam, 2.Joan.v.1.4. Vide ADORATIONIS, & eorum qui Altaria ædificârunt, exempla. &, INVOCATIONIS exempla. Pietas ſperat vitam æternam, Tit.1.v.1.2. pietas, vel impietas, non Deo, ſed homini prodeſt, vel nocet, Job.35.v.6. &c. in pietate aſſidui eſſe debemus, 2.Pet.3.11. pietas, magnus quæſtus eſt, 1.Tim.4.7. piè volentes vivere in Chriſto, perſecutionem patientur, 2.Tim.3.12.
PIGER excitatur ad laborem, Proverb.6.6. laborem fugiens in egeſtate erit, 20.4.& 21.5. cui ſimilis, 26.14. pigri lapidatio, Eccli.22.v.1.2. in pigrum, Prov.21.v.25.26.& 22.13.& 26.15.
PIGRITIA damnatur, Prover.13.4. & 19.v.15.24.& 20.13.& 21.25.& 22.13.& 26.13. Eccle.11.4. Rom.12.11. Pigritiæ mala, Proverb.20.4.& 21.5. & 24.30. &c. 28.19. Matth.13.25. Vide ACEDIA. Pigritiæ exempla: Iſraelitæ, Num.11.4. & 21.4. reduces à captivitate, Agg.1.2. Operarii, Matth.20.3. Servus nequam, 25.26. Apoſtoli, Marc.14.40. Vide ACEDIAE. &, NEGLIGENTIAE exempla.
PIGNUS à Juda Thamar nurui ſuæ datur, Gen.38.18. pignoris loco non quidvis accipiendum, Deut.24.6. reddendum, verſ.2. pignora quando reddenda proximo, Exod.22.26. Deut.24.13. pignora non vi auferenda ab iis, quibus mutuaverimus aliquid, v.10. pignus promiſſæ felicitatis & ſalutis noſtræ Spiritus Sanctus, Rom.8.16.2.Cor.1.22.& 5.5. Eph.1.13. & 4.30. Vide ARRHABO. &, SPIRITUS Sanctus.
PILATUS, Chriſtum innocentem pronuntiat, Vide CHRISTUS quia innocens ac integer. Pilatus Chriſtum flagellari jubet, Joan.19.1. Pilatus inexcuſabilis, Matth.27.23. Marc.15.14. Luc.23.22. Chriſtum morti adjudicat, Matth.27.26. Marc.15.15. Luc.23.25. Joan.19.16. hoſtis eſt veritatis, Act.4.27. Pilatus & Herodes amici, & qua occaſione, Luc.23.12. ejus uxor Chriſtum à morte liberare conatur, Matth.27.10. Pilati peccatum Judæ peccato minus eſt, Joan.19.11.
PILOSUS Elias, 2.Reg.1.8.

PINGUIS Israel, derelinquit Deum, Deut. 32. 15.

PISCINA in Jerusalem quinque porticus habens, Joan. 5. 2.

PISCES à Deo conditi, Genes. 1. v. 21. pisces multi ad Christi nutum capiuntur, Luc. 5. 6. Joan. 21. vers. 6. 11. pisces multiplicantur, Vide MIRACULA.

PIUS solus Deus, Apoc. 15. 4.

PII *Advenæ, hospites & peregrini in hoc mundo, 2. Cor. 5. 6. Heb. 13. 14. 1. Pet. 2. 11. 2. Pet. 1. v. 13. 14. pii amici Christi, Joan. 15. 14. Angelis similes futuri, Matth. 22. 30. Marc. 12. 25. * Beneficii & misericordes Psalm. 37. 22. *Cives Regni cœlestis, Ephe. 2. 19. Hebr. 12. v. 22. 23. & 13. 14. cohæredes Christi, Roman. 8. 17. consortes divinæ naturæ, 2. Petri, 1. vers. 4. corpus unum cum Christo, Roman. 12. 5. 1. Corinth. 10. 17. & 12. vers. 13. 27. Eph. 4. v. 4. 25. Col. 3. 15. Hebr. 13. 3. creaturæ novæ, 1. Cor. 5. 7. Galat. 6. 15. Eph. 2. 10. * Divites in fide, Jac. 2. 5. *Filii lucis, Joan. 12. 36. Ephe. 5. 8. 2 Thes. 5. 5. Vide FILII. filii obedientiæ, 1. Pet. 1. v. 14. forma, seu exemplar debent esse aliis, 1. Thessal. 1. 7. Fratres Christi sunt, Vide CHRISTUS frater piorum. *Hæreditas Domini, Psa. 28. 9. Vide HAEREDITAS. Hæredes Dei, Rom. 8. 17. hæredes regni, Jacob. 2. 5. hæredes terræ, Psal. 37. vers. 11. 22. Prov. 2. 21. hæredes vitæ æternæ, Tit. 3. 7. 1. Pet. 3. 22. *Infantibus quomodo similes, 1. Pet. 2. 2. inopes esse nequeunt. Psal. 34. 10. *Lapides vivi sunt, 1, Pet. 2. 5. *Misericordes, Prov. 21. 26. *Ovibus similes, Vide DEUS suorum pastor. * Piscibus bonis similes, Matt. 13. 48. velut portenta in mundo habentur, Esa. 8. 18. purgamentæ mundi, 1. Cor. 4. 13. *Reges sunt. Apoc. 1. 6. & 5. 10. & regale Sacerdotium, 1. Pet. 2. 9. quomodo *Sacerdotes, Esa. 61. 6. & 66. 21 Heb. 13. 15. Roman. 12. 1. Apocal. 1. 6. & 5. 10. & 20. 10. spectaculum facti sunt mundo, Angelis & hominibus, 1. Cor. 4. 9. stulti habentur, v. 10. servi sunt justitia, Rom. 6. 18. conferuntur semini, Matth. 13. 38. superiores futuri sunt hostibus suis, Psal. 149. ver. 5. 6. 7. Esa. 41. 15. & 54. 17. *Terræ bonæ similes, Matth. 13. 23. Marc. 4. 20. Luc. 8. 1. Hebr. 6. vers. 5. 7. tritico conferuntur, Matt. 3. 12. Luc. 3. 17.

PII Deo chari & pretiosi, Esa. 43. 4. & 49. 16. Deut. 32. 10. Psa. 17. 8. Zac. 2. 8 Matth. 10. 31. Luc. 12. 6. Joan. 4. v. 21. 23. & 16. 27. & 17. 23. Ephes. 1. 6. cur Deo chari, Joan. 16. 27. à Deo cogniti, 1. Cor. 8. 3. 2. Timot. 2. 19. Christo dilecti, Joan. 14. 21. & 15. v. 9. 14. in mundo contemti, Psal. 123. 4. 1. Cor. 4. v. 9. 10. 13. Vide FIDELES. Pii uno ac solo Deo contenti, Psal. 73. 27. in Dei laudem creati, Esa. 43. v. 7. 21. interdum à Deo relicti, & omni consolatione destituti videntur, Psalm. 22. 2. & 88. v. 9. 19. & 142. 5. Esa. 51. 18. Matth. 27. 46. Marc. 15. 34. & 14. 37. Lucæ 22. 45 pii omnes à Deo edocti, Esaiæ 54. 13. Jerem. 31. 34. Joan. 6. 45. mundo exosi, 15. 19. & 17. 14. 1. Joan. 3. 13. propter mundi odium non miseri, Matth. 5. 11. Luc. 6. 22. Joan. 7. 7. & 15. 18. pii imitandi, Phil. 3. 17. peccato mortui, Roman. 6. v. 2. 11. 1. Pet. 2 24. Vide FLECTI. & MORI peccato. opprobriis & ludibriis obnoxii, Psal 79. 4. variis ærumnis expositi, Proverb. 11. 31. Eccles. 8. 14. Matth. 5. 12. Vide AFFLICTIO. A Deo plantati, Esa. 61. 3. pii cum impiis non puniendi, 2. Reg. 10. v. 23. pii in cœlestibus sedentes, Ephes. 2. 6. è mundo selecti, Joan. 15. 19. & 17. v. 6. 14. 16. à Deo per Spiritum Sanctum signati & uncti, 2. Corinth. 1. vers. 22. Ephes. 1. 13. & 4. 30. pii aliis utiles ac fructuosi, Prover. 11. 11. Joan. 15. 4. pii nihil aggrediuntur ex sese, Psalm. 119. 24. Actor. 20. 22. Spiritu Dei aguntur, Roman. 8. vers. 9. 14. in Christo

Christo manent, Joan.6.56.& 15.4. pii seipsos probant, 2.Cor.13.5. pii indies proficiunt, Joan.13.10.& 15.2. Ephes.3.19. & 4. 15. Philip.3.12. Col.1.v.9.10.& 2.7. 1.Thess.1.v.3.10. & 4.1. 2.Thess.1.11.& 2.17.1.Petr. 2.2. 2.Pet.2.v.5.12.& 3.1. 1.Joan.2.12.

PIORUM * Conditio in hoc seculo misera,Psal.119.109. Esai.41.14.& 51. vers.21.23. Abac.1.v.3.4.13. Matth.11. 18. Luc.2.7.& 6.23. Joan.15.20. Rom.8.36.1.Cor.4.v.9.11.& 15.19.2.Cor.4.10.Hebr.10.33.& 11.35.piorum conditio post vitam præsentem beata, Matt.13.43 & 22.30.Marc. 12.25.Luc.18.30.Apocal.3.21.& 7.v.16.17.& 14.13. piorum conjunctio, arctissima, Joan.16.vers.11.22. consilia optima,Prov.12.20. consolatio, Psal.119.v.52.76.Mat.5.v.5.12.Luc.6.23.& 12.31. 2.Cor.1.v.5.7. 1.Tim. 4.10. 1.Petr.4.13. constantia, in bono, Psal.119.v.51.69. consortia,utilia, Prov.13.20. corpora gloriosa futura, 1.Cor.15.53.Philip.3.21. desiderium, Psalm.119.174.Apoc.22.17. dignitas ac præstantia, Matth.10. 31. Luc.8.21. Joan.1.12. & 12.25. 1.Cor.1.9.& 3.22. & 7.23. Ephes.2.19. 1.Petr.2.9.1.Joan.3.v.1.2.domus, benedicta,Proverb.14.11.& 15.7. domus,cœlestis, 2.Cor.5.1. exercitium, Psalm.119.v.15.27.48.78.Ephes.5. 19. Coloss.3.16. 1.Thessal.5.11. 1.Timoth.4.8. 2.Timoth.2.22. Tit.2.12. * Fortitudo, Mich.4.13. * Gaudium, 1.Paralip.16. 10. Psalm.5.12.& 9. vers.3.15. & 13.6.& 14.7.& 16.9.& 31.8.& 32.11.& 33.21.& 35.v.9.27.& 40.17.& 48.12.& 51.9.& 53.7.& 58.11.& 63.v.6.8.& 64.11.& 89.17.& 90.15.& 92.5. & 95.1.& 97. vers.8.9.11.12. & 100.1.& 104.34.& 105.3.& 107.42.& 109.28.& 119.v.14.54.74.162. & 122.1.& 126.2. & 149.v.1.2.5. Prov.13 9.& 21.15.& 29.v.2.6.Eccle.5.v.17.18.Cantic.1.4.Esa.9.3.& 12. 6.& 25.9.& 29.19.& 30.29.& 35.10. & 41.16. & 51.v.3.11.& 58.14. & 61. v.7.10.& 65.v.14.18.& 66.v.10.14. Jer.15.16. Joel.2.23.Abac.3.18.Soph. 3.14.Zach.2.10.& 9.9.& 10.7.Mat.5.12.& 28.8.Luc.1.14. & 2.v.10.29. & 6.23. & 10.20.& 13.17. & 16.v.6.37.& 21.28. & 24.v.41.52. Joan.3.29. & 14.28.& 15.11.& 16.v.20.22.24.& 17.13.& 20.20.Act.2.v.26.46.& 5.41.& 8.v.8.39.& 11.23.& 12.14.& 13.v.48.52.& 15.v.3.31. Rom.12.v.12 15.& 14.17.& 16.19.2.Cor.6.10.& 13.11.Galat.5.22.Philip.1.4. & 2.v.2.18.& 3.1.& 4.4.Coloss.3.15.1.Thess.1.6.& 5.16.Hebr.10.34.Jac.1.2. 1.Petr.1. vers.6.8.& 4.13.1.Joan.1.4.2.Joan.v.4.13.3.Joan.v.3.4.Apocal.18.20.& 19.7. Vide GAUDIUM verum ac solidum. Piorum gemitus,Rom.8. 23. 2.Corinth.5. vers.2.4. gloria, 1. 12. piorum gloria in futuro seculo, Matth.13.43.Philip.3.21.Coloss.3.4. 2.Thess.1.7.gloriatio,Vide FIDELES. Piorum * Hæreditas,Deus,Psal.73.26. Piorum hæreditas præclara, Vide FIDELES. Piorum hostes perdendi, Psalm. 37. 22. piorum * Justitia qualis esse debeat,Matth.5.20. piorum * Labor minimè inanis, 1.Cor.15.58. Gal.6.9. Hebr.6.10.Apocal.14.13. laus, Deus, Jerem. 17. 14. Liberi,sancti, 1.Corinth.7.14. Vide infra, PIORUM semen. Piorum liberationis fructus & finis,Psalm.30. v. 12.13. & 40. v. 2.4. & 56. vers.43.45.& 106.47.& 118.17.Esai.37.20. Jerem.33.9. piorum libertas, 1.Pet.2.16.lingua,quod rectum est,loquitur,Psal.27.30.piorum meditatio, 1.2. & 119.v.143.147.174.& 143.5.Proverb.15.28. piorum membra, Spiritus Sancti templa, 1.Corinth.6.19. piorum memoria æterna, Psal. 112.6. laudabilis, Proverb.10.7. Marc.14.9. piorum militia qualis, & quanta, Vide FIDELIUM militia. & MILITIA. piorũ mors quieta, Gen.15.14.& 25.8. Vide,FIDELIUM mors.piorum mors,interdũ prematura, Esai. 57. 1. piorum multitudo, 49.20. Hebr.12.1. mundities,in

quo

quo sita, Joan.15.3. Act.15.9. piorum * Nomina in cœlis scripta, Vide ELECTI. &, LIBER. piorum nota, Esai.66.5. Ezech.9.6. Joan.8.47. & 10.27. & 13.25. & 18.37. 2.Tim.2.19. 1.Joan.4.7. Apoc.7.3. Vide SIGNATI. Piorum * Opera, Deo præeunte facta, Joan.3.21. piorum orationes, Vide ORATIO. &, PETITIONES. Piorum paucitas, impiorum multitudinis respectu, Esa.8.16. & 53.1. Joa.12.8. Mich.7.14. Mat.20.16. & 22.14. Luc.12.32. & 13.23. Rom.9.27. 1.Petr.3.10. piorum * Pax, Esa.57.19. Agg.2.10. posteritas, Psalm.34.11. & 92.13. Esai.54.17. & 58.11. & 65.14. Zachar.8.12. piorum inprimis habenda * Ratio, Rom.12.13. Gal.6.10. Ephes.1.15. Col.1.4. Hebr.6.10. piorum ruina lethalis non est, Prov.24.16. piorum * Salus æterna, Esa.45.17. gratuita est, Ephes.2.v.5.8. piorum liberatio cum impiorum interitu conjuncta, Esai. 34. 8. & 35. 4. & 49.25. & 51.23. & 59.20. & 61.2. & 63.4. Jerem.12.15. & 25.12. & 30.v.16. 20. & 50.18. Thren.4.22. Ezech.28.26. Joel.3.1. Abd.v.17. Soph.2.9. & 3.19. Zach.1.15. & 2.8. & 10.11. & 12.6. & 14.12. Piorũ securitas fixa, Psal.1.3. & 15.5. & 31.21. & 112.7. Prover.1.33. & 10.v.9.30. & 12.21. & 13.6. & 14.32. & 15.19. & 28.1. Esa.26.7. & 53.16. & 54.14. & 58.11. Jer.17.8. & 23.6. & 32.37. & 33.16. & 46.27. Ezec.28.26. & 34.28. & 38.8. Mich.4.4. Soph.3.13. Agg.2.10. Zach.14.11. Matth.7.25. & 11.29. Luc.11.36. Joan.10.28. Rom.8.v.31.33.35. Col.3.15. Hebr.6.19. & 13.6. 1.Pet.3.v.13.14. 2.Pet.1.10. 1.Joan.3.21. & 4.17. Apoc.9.4. Vide, ELECTI perire non possunt. Piorum semen benedictum, Job.42.16. Psal.18.51. & 25.13. & 37.v.25.26. & 102.29. & 112.2. Prov.11.21. & 14.26. & 20.7. Esai.44.3. & 48.19. & 54.13. & 60.21. & 65.23. Jerem.32.39. Zachar.10.2. Act.3.39. Piorum ab impiis separatio, Mat.13.v.41.49. & 25.32. Piorum sermones, Vide FIDELES. Piorum simplicitas, Vide FIDELIUM simplicitas. Piorum societas honorifica, 1.Joan.1.3. Piorum spes, Deus, Psal.39.8. & 40.5. & 91.v.2.9. & 142.6. Joel.3.16. Piorũ spes una, Eph.4.4. Piorũ spes minimè vana, Psal.9.19. & 17.7. & 21.8. & 25.v.2.20. & 28.7. & 31.2. & 71.v.1.5. & 32.10. & 34.v.6.9. & 37.v.9.40. & 62.7. & 71.5. & 86.2. & 91.2. & 112.7. & 119.116. & 125.1. & 142.6. & 143.8. Prov.10.28. Esai.26.3. & 30.18. & 40.31. & 45.17. & 49.23. & 50.7. & 57.13. Jer.31.17. Rom.5.v.2.5. & 8.24. & 9.33. & 12.12. Heb.6.19. Piorum ob impiorũ felicitatem, * Tentatio, Psal.73.v.12.13. Esai.49.14. Piorum ob populi calamitatem, tristitia, Esai.22.4. in lætitiam vertitur, Psalm.30.12. & 68.14. Esai.61.3. & 65.20. Jere.31.13. Joan.16.20. Piorum * Victoria, Psalm.149.6. Esai.41.15. & 54.17. Daniel.7.22. Mich.4.13. & 5.9. Malac.4.3. Matt.16.18. Luc.1.71. Rom.8.37. & 16.20. 1.Corin.15.57. 1.Joan.2.14 & 4.4. & 5.4. Apocal.12.11. Piorum victoriæ fructus, Apoc.2.11. & 3.v.5.12.21. & 21.7. Piorũ vita, Deo consecrata, Rom.14.7. Colos.3.3. Piorum vitæ finis, Psal.118.17. & 119.175. Esai.43.7. & 60.21. & 61.3. piorum unanimitas, Act.4.32. & 5.12. & 15.12. Roman.15.6. piorum cum Christo unitas, Joan.17.11. piorum vocatio præstantissima, 1.Thess.2.12. & 4.7. 1.Pet.2.21. & 3.9. & 5.10. piorum voluptas in Deo sita, Psal.37.4. piorum zelus, 119.139. Rom.12.11.

PIORUM & impiorum discrimen, Gen.4.v.4.5. Exo.5.v.1.2. & 14.13. Psal.1.v.4.5.6. & 20.8. & 34.v.16.17. & 37.17. & 109.28. & 125.5. Proverb.10.v.3.25.28.30. & 11.v.23.24.31. & 12.v.21.22. & 13.25. & 14.23. & 24.16. Esai.60.2. & 65.14. Ose.14.10. Jon.2.9. Mich.4.5. Matt.3.12. Rom.8.5.2. Cor.2.16. Galat.4.29. Hebr.6.v.7.8. & 10.38. 1.Pet.2.7.1. Joan.2.19. & 3.10. & 4.6. & 5.10. 2.Joan.vers.9.3. Joan.v.11. Piorum sub Magistratu impio & ethnico

ethnico degentium exempla: Abraham ſub Pharaone in Aegypto, Gen.12.10. Iſraelitæ ſub Pharaone, Exod.12.40. Judæi ſub Philiſthæis, Judic.15.11. parentes Davidis ſub Achis, 1.Sam.22.3. David cum ſuis ſub Achis, 27.v.2.3. Elias cum ſeptem millibus piorum, qui non flexerunt genua ipſi Baal cum Achabo & Jezabele, 1.Reg.19.18.

PIIS malè eſſe non poteſt, Eſai.3.9. piis benefaciendum, Judic.5.12. Pſal. 16.3. piis favendum, & eorum innocentia tuenda. Exempla: Jonathas, 1.Sam.20.32. Achimelech, 22.14. piis liberatis interdum impii affliguntur, Eſai.43.v.3.4.

PIOS eripit Dominus è tentatione, 2.Petr.2.9. nec ſinit eos ultrà tentari, quàm quod poſſunt ferre, 1.Cor.10.13. ſola Dei miſericordia fidunt, Pſalm.52.10.

PLACATUR Deus oratione Moſis, Exod.32.14.

ut PLACEAMUS Deo, orat Paulus, Act.13.21. non ut placeret hominibus, prædicavit Paulus, ſed Deo, Gal.1.10.1.Theſ.2.4. non placendũ ſibi ob cognitam libertatem per Chriſtum nobis partam, Rom.15.v.1.2.

PLAGAE: Plagæ Aegyptiorũ, Exo.7.8.9.10.11.c.& 12.29. Vide AEGYPTUS. plagæ corporis Chriſti, Pſal.22.18. plagæ quot verberando inferendæ, Deut.25.v.2.3. qui plagis multis vapulabunt à Deo, Levit.12.47.

PLAGIARIIS lex poſita, 1.Tim.1.10.

PLANGITUR Jacob ab Aegyptiis, Gen.5.10. Moſes ab Iſraelitis, Deut. 34.8. Propheta mortuus ab altero Propheta, 1.Reg.13.30. planctus ſuper mortuum, 2.Sam.3.31. 1.Theſſ.4.13. Vide FLERE.

PLANTAVIT Deus Iſraelem, Exod.15.17. Paulus Chriſtianos, 1.Cor.3. 6. plantatio quam non plantavit Deus, eradicabitur, Matth.15.13.

PLEBS Dei Iſrael, Rom.11.3.

PLEIADES ſtellæ ſolo Dei nutu impediri poſſunt, Job.38.31.

PLENITUDO Chriſti, Eccleſia, Epheſ.1.23. Vide ECCLESIA.

PLENITUDO temporum, Galat.4.4. Ephe.1.10. ubi per temporum plenitudinem, aut tempus plenum, intelligit Apoſtolus illud tempus, quo exhibitus eſt Chriſtus mundo, hoc eſt, tempus illud, quod revolutis ſeculis tamdiu expectatum, tandem advenerit. Plenitudo terræ Davidi, Pſalm.24.1. & Paulo, 1.Corinth.10.26. ſignificat infinitam illam rerum omnium copiam, quibus plena eſt terra. Plenitudo, Coloſſ.1.19. non pro ipſa Deitate, ut Coloſſ.2.9. ſed pro cumulatiſſima omnium rerum divinarum copia, quam Scholaſtici gratiam habitualem, à gratia unionis diſtinctam appellant, ex qua in Chriſto, tanquam inexhauſto fonte omnis gratiæ, in nos pro cujuſque

hic locus comparetur cum Joan.1

Πληροφορία præcipitur, Rom.14.5.

PLORARE, Vide FLERE. pl

1.45. plorandum in hac vit

PLUVIA à ſolo Deo, Gen.2.

18.1. Job.5.10. & 38.v.26.

& 14.22. & 51.16. Joel 2.23.

Act.14.17. pluvia tempore

Eliæ, 1.Reg.18.45. pluvia

Jac.5.7. pluvia de cœlo d

non dantur aliquando o

poraneæ obedientibus, I

PLUIT coturnices & man Deus, Exod. 16.13. Num. 11.31. lapides, Jos. 10. 11. sulphur, Gen. 19.24.

Πνεῦμα, id est spiritus, pro phantasmate, seu spectro, Luc. 23.37. ut explicatur, Matth. 24.26. Hebræorum more pro impulsu, seu afflatu Dei, interdum per Spiritum suum agentis, Daniel. 4.v.5.6. & 5.v.11.14. (unde Spiritus intelligentiæ, sapientiæ, pietatis, consilii, & alii ejusmodi Spiritus in Scripturis commemorati) interdum per Spiritus malos sua judicia exercentis, unde Spiritus fornicationum, avaritiæ, vertiginis, soporis, & alii similes afflatus, 2. Paralip. 18.22. Rom. 11.8. & alibi sæpe, pro impulsu, seu afflatu Diabolico, Luc. 4. 33. quamvis & pro Diabolo ipso accipere possimus, ut sit Hebraica geminatio, Spiritus Diabolicus, pro Diabolo ipso, quales geminationes reperire est Psalm. 40. lutum cœni, pro luto cœnoso, hoc est, cœnò profundissimo, Daniel. 12.2. terra pulveris, pro pulvere terrestri, id est humo. Vide Apocal. 16.14. πνεῦμα, id est spiritus, idem declarans quod ψυχὴ, 1. Cor. 6. 20. & 7.34. Act. 7.59. Hebr. 12.9.

POCULUM metonymicè, pro eo quod poculo continetur, Matth. 20.22. Luc. 22.20. 1. Cor. 11.25. Vide CALIX. Hebræorum more, pro modo vel iræ Dei ac pœnæ peccatis nostris inflictæ, Psalm. 11. 6. Matth. 26. 39 (ubi Dominus nostram personam sustinet) vel afflictionis, quæ ad nos probandos & confirmandos immittitur à Deo, Matth. 20 22. vel lætitiæ qua cumulantur fideles, Psalm. 23. 5. significat denique cujusque sortem & conditionem, 16.5.

POENA: Pœnæ impiorum in thesauris reconditæ, Deuter. 32.34. delinquentibus pœna à Judicibus irroganda, 25.1. pœna singulorum peccatorum, Vide PECCATA. pœna damni facti, Exod. 22.5. furis, v.1. &c. homicidii, 12.12. idololatriæ, 22.30. per superbiam peccantis, Num. 15. 30. talionis, Gen. 9.6. Exod. 21.23. Levit. 24.17. Deuter. 19.19. pœnarum tria genera Davidi proposita, 2. Reg. 24.13.

POENITERE, pro dolorem capere, 2. Cor. 7.8.

ad POENITENTIAM cum spe veniæ invitantur peccatores, Levit. 5.v. 4.5.6. Deuter. 4.v.29.31.& 30.2. 1. Sam. 7.3. 1. Reg. 8.v.33.34.35.37.47.48. 2. Par. 7.14.& 15.4. & 20.6.& 34.26. Nehem. 1 9. & 9.v.27.28. Job 8.v.5. 6.& 22.23. Psalm. 32.v.5.6. Prover. 28.13. Eccli. 17.23. Esai. 1.v.16.17.18.& 30.18.& 31.6.& 45.22.& 46.8.& 55.7.& 59.20.& 61.v.1.2. Jere. 3.v.1.10. 12.14.17.22. & 4.v.1.14.& 7.3.& 12.15.& 18.v.8.11.& 26.13.& 29.12.& 31.v.18.20. & 36.3. Thren. 3. 40. Ezech. 14.6. & 18. v.11.21.27.31.32.& 14.24. Oseæ 3.5.& 6.1.& 10.12.& 12.6.& 14. v.4.6.14. Jon. 3.8. Mich. 7.18. Zach. 1.v.3. 2.8. & 4.17. & 11.28. & 18.14. Marc. 1. & 9.13. & 13.5. & 19.10. & 24.47. & 14.15. & 17.30. & 19.4. & 20. 22.23.28. 2. Tim. 2.25. 1. Pet. 2. 19. Pœnitentia dum sani esse debet, 1. Reg. 8.48. 2. Par. Deum cadat, Vide DEUS. pœnitentiæ contemtus quàm 6.6. Agg. 2.18. Matth. 11.21. 16.9. Pœnitentiæ contemtus otes & principes, v.16. Israelitæ,

litæ, Jerem.15.7.Oſe.7.10.Chorazaim & Bethſaida,Matth.11.20.Luc. 10.13. altera Jeſabel,Apoc.2.21. pœnitentiæ fructus,Act.12.18. pœnitentiæ prædicatio in Chriſti nomine,Luc.24.47.pœnitẽtiæ prædicatio omnibus oblata, Act.17.30. pœnitentiæ ſalutaris prædicationem non Legi,ſed Euangelio competere, Vide EUANGELIUM. Pœnitentiæ ſigna, Jon.2.v.5.6. 2.Cor.7.12. pœnitentiæ veræ & non fictæ exempla: In Patriarchis,Geneſ.42.21. Iſraelitis,Exod.33.4. Numer.14.39. Judic. 2.4. & 10.15. Jerem.50.4. Davide,2.Sam.12.13. & 24. 10. Joſia, 2.Reg. 22.19. Roboamo cum principibus ejus,2.Par.12.7.Ezechia,32.26. Eſa. 38.verſ.2.3. Manaſſe,2.Paral.33. verſ.12.13. Eſdra & populo, 1. Eſd.10. verſ.1.2.3. Jobo,Job.42.5. Bethulianis, Judith.7.19.Machabæo & Judæis,2.Mach.10.v.25.26. Ninivitis, Jonæ 3.v.5.6.7.8.Matth.12.41.Luc. 11.32. Petro,Matth.26.75. Marc.14.71.Muliere peccatrice, Luc.7.37. prodigo Filio,15.v.17.18.20. Zachæo,19.8. Judæis,23.48. Act.2.37. Samaritanis,Philippo prædicante,verbum Dei recipientibus & baptizatis,8.12.Eunucho,v.37.Paulo converſo,9.18.& 22.16.& 26.17.&c.Lydda & Sarona,9.35.Cornelio,10.1. carceris cuſtode, 16.33.Corinthiis,1. Cor.6.11. 2.Cor.7.9.Pœnitentiæ fictæ & hypocriticæ exempla: Cain, Gen.4.13. Pharao, Exod.9.27. & 10.16. Iſraelitæ, Deuter.1.41.Saul, 1.Sam.15.24. Jeroboam, 1.Regum 13.6. Achab,21.27. Judas proditor, Matth.27.4. Ananias & Sapphira, Act.5.1.&c. Agrippa,26.28.Felix,24. 25.Simon Magus,8.13 Elymas,13.10. Pœnitentiæ fruſtra quæſitæ exemplum: Eſau,Gen.27.38.Hebr.12.17. Pœnitentiam agentes, etjam pœnarum corporalium mitigationem impetrant. Exempla: Abimelech,Gen.20.1.&c. Maria pœnitentiam agens liberatur à lepra,Num. 12.11. Iſraelitæ pœnitentiam agentes impetrant remedium contra ſerpentes ignitos, 21.7. pœnitentiam agentibus promittitur liberatio à fame,peſte,locuſta,morbis,hoſtibus,captivitate,&c. 1.Reg.8.28. &c. 2.Par.6.1.&c. Achab,1.Reg.21.v.4.5. Joſias,2.Reg.22.v.19.20.David,2. Sam.24.v.16.17.1.Paral.21.v.16.17.Roboam & principes ejus, 2.Paral. 12.v.7.8.Ezechias,32.26.Vide Jerem.25.5.Dan.4.24.

POLLUERE,pro pollutis & immundis habere,Act.10.15.polluebant nomen Dei ſacrificantes idolo Moloch,Levit.18.21.& 21.3,polluitur nomen Dei perjurio,19.12.

POLLUTIO nocturna,& ejus expiatio,Deut.23.v.10.11.

POLYGAMIA omnibus in univerſum prohibita,Gen.2.24, Malach.2.v. 14.15.Matth.19.5.1.Cor.7.v.2.3. 1.Tim.3.2.Tit.1.6.nominatim Regibus Deut.17.17.polygamiæ exempla: Lamech,Gen.4.19.Abraham, 16.v. 2.3.Eſau,26.24. & 28.9.Jacob,29.29.& 30.v.4.5. Gedeon, Judic.8.30. Elcana,1.Sam.1.2.David,25.v.42.43.44.2.Sam.5.13.Roboam,1.Par.11. v.18.19.20. Abia,13.21.Joas,24.3.

PONDERIS æquitas,commendatur, Levit.19.v.35.36.Deut.25.13. Ezechiel.45.10.Oſeæ 12.7.Vide MENSURA.

PONE Chriſtum venire,eſt Diſcipulum Chriſti eſſe,Matth.16.24.

PONERE, ex Hebræorum idiotiſmo,pro facere ut ſint, Matth.22.44. ſeu reddere & efficere,Act.2.35. ponere verba in ore,Num.23.12.2.Cor.5. 19. dicitur, qui alicujus opera utitur in re quapiam ſignificanda: ſed cum de Deo agitur,peculiaris eſt hujus formulæ emphaſis,qua ſignificatur & cor loquentis à Domino impelli,& linguam regi, Num.23.16. & alibi ſæpe,apud prophetas maximè.

PONTIFEX à Deo vocatur,& ad quid, Hebr.5.v.1.2.3.& 8.3.ad mortuum ingredi prohibetur, Levit.21.1.&c. Pontifex noster Christus, Heb. 2.17.& 3.1.& 4.14.& 5.5.& 6.20.& 8.1.Vide CHRISTUS.

POPULUS verè beatus,Psal.33.12.Prov.29.18. populus Dei qualis, Esa. 62.12. populus Dei Christiani,1.Pet.2.9. in populum assumti Israelitæ, Exod.6.7. & 19.v.5.6. Deut.4.20.& 7.7.& 27.9.& 29.13.2.Sam.6.21.& 7. 8. 1.Reg.8.16. populus Israel maris arenæ par, 1. Reg. 4. 20. à Deo redemtus,Psal.77.16.

POPULI dissipatio unde, Proverb.29.18.populi inconstantia,Vide INCONSTANTIA. Populi Seniores,Vide SENIORES. populus omnibus missus Christus,Luc.2.31.

PORCUS: Porcum non comedunt Judæi, Levit. 11.v.7.8. Deuter. 14. 8. porci, quos Dæmones invaserunt, mortui sunt, Matth.8.vers.32.33. Marc.5.13.Luc.8.33. porci infideles, indigni rebus divinis censentur, Matth.7.6.

PORPHYRIO,eo non vescuntur Judæi,Levit.11.19.Deut.14.17.

PORTAE, pro loco ante portam, ubi conventus fiebant, & judicia agitabantur,Genes.23.10.& 34.20. Psal.9.15.quia autem urbium munitiones & propugnacula in portis earum collocabantur veteribus : hinc factum est, ut portæ accipiantur subinde pro urbibus, & consilio & propugnaculis munitis, Genesis 22.17. & 24.60. ratio phrasεως est, ut jam dixi, quia propuguacula in portis collocari, & Magistratus ibi jus dicere solebant, Deut.22.15. Inde illud quoque liquet, quid apud Matthæum, Matth.16.18. portarum inferorum nomine sit intelligendum, nempe tota Satanæ potentia: hoc est,quicquid vel consilio, vel viribus & machinationibus, ac mille technis potest, id denique quod Paulus ὀχυρώματα,hoc est, munitiones vocat, 2.Corinth.10 4. Servo, qui perpetuæ servituti se addicebat, in portis perforari solebat auris subulâ, Exod.21.6. Deut.15.17.Vide Psal.40.7. Heb.10.7. portæ inferorum nihil nocituræ Ecclesiæ Christi, Matth.16.18.portæ urbis Gazæ à Samsone sublatæ, Judic.16.3.

PORTARE, pro tueri, Hebr.1.3.portavit Deus Filios Israel, Exod.19.4. Deut.32.11.

PORTIUS Festus Judææ præses, Act.24.27.

POSSE, pro velle positum, Atticorum more, Marc.6.5. sed tamen notandum est,hoc dicendi genus, quo significatur homines incredulos & ingratos,quasi Deo manus vincire,ne ipsis opem ferat,quò spectant illa Dei verba ad Mosen, Exod.32.10. &, Non posse, pro, non velle: Hoc enim est Dei velle quod posse,ut loquitur Tertullianus.

POSSIDERE animas per patientiam, jubentur Apostoli, Lucæ 21.19. hoc est, ut quamvis multa eos undique mala circumstent, fruantur nihilominus virtute sua, illa omnia fortiter sustinendo. Possidere vas suum cum honore, 1.Thes.4.4. est corpus suum ab omni labe purum conservare.

POSSESSIO Levitarum Deus, Num.18.20. Deut.10.9.& 18.2. Jos.13.v. 14.33.Ezech.44.28.

POSTERIORA Dei videt Moses,Exod.33.23.

POTENTIA, pro eximiis & excellentibus donis Spiritus Sancti, Act.6. 8.potentia Dei,Hebraismus,pro potens Deus,Matth.26.64.ut patet ex Lucæ 22.69.potentia Dei est Euangelium,Rom.1.16.hoc est,organum

Dei

Dei verè potens & efficax ad ſervandum. Vide DEUS.

POTESTAS, μετωνυμικῶς, non pro ipſo jure imperandi, ſed pro regionibus imperio ſubditis, Luc.4.6. pro poteſtatis & dominii ſymbolo, 1. Cor.11.10. poteſtas Dei, Vide DEUS. Poteſtas omnis à Deo, Joan.19. 11. Rom.13.1. Poteſtatis abuſus exemplum: Pilatus, Joan.19.10. poteſtates in Eccleſia, 1.Cor.12.28. poteſtas & principatus tribuitur etjam regno tenebrarum, Col.2.15. Vide DIABOLUS. Poteſtates cœlorum, Hebraiſmus, pro potentibus cœlis, Matth.24.29. Dicuntur autem cœli potentes, tum ob illórum corporum inenarrabilem firmitatem, tum etjam obillorum minimè vanam, in moderanda inferiorum corporum temperie, facultatem.

POTIONEM unam potare in unum Spiritũ, 1.Cor.12.13. eſt, uno vivifico ſanguinis Domini potu participes fieri unius Spiritus ipſius, qui per omnia membra permeans, ſingula vivificet, reddátque ſuis functionibus idonea.

POTUS ſpiritualis, 1.Cor.10.4. potus pro tota cœna, 12.13. potus immundus, Levit.11.34.

PRAECEPTUM magnum, Vide MANDATUM magnum.

PRAECEPTA Dei filiis inculcanda, Deut.6.20. Vide PARENTES. præcepta non bona, quomodo Iſraelitis data, Ezech.20.25. præcepta Decalogi, Exod.20.1.&c. Deut.5.6.&c. in duabus Tabulis ſcripta, v.22. præcepta de charitate, Prov.3.27.&c. Vide CHARITAS. præcepta fiant in agnitione Dei, & charitate, 1. Joan.2.3.

PRAECEPTIO diverſorum. Exempla optimi: Manaſſes, 2.Par.33.16. iniquiſſimi Saul, 1.Sam.19.1. Achab.1.Reg.21.v.9.10. Joas, 2.Paral.24.21. Nabuchodonoſor, Dan.3.19. Claudius, Actor 18.2. princeps Sacerdotum, 23.2. Vide MANDATUM.

PRAECEPTA cuſtodientibus Deus miſericors, Deuter.7.9. ſervantibus benedictio: non ſervantibus, maledictio, Exod.20.v.5.6. Levit.26.v.3. 14. Deut.7.11.&c.

PRAECURSOR noſter Chriſtus, Heb.6.20.

PRAEDA ex æquo dividenda, Deut.20.14. Num.31.v.26.27. Joſ.22.8. 1. Sam.30.24. Exempla: Moſes, Num.31.27. Joſuah, Joſ. 8. v.2.27.& 11. 14.& 22.8. Iſraelitæ, 1.Sam.14.v.31.32. David, 30.22.24.25. Joſaphat, 2. Paral.20.25. Viri Iſrael, 28.14 Judæi, 2.Mach.8.30. qui prædatur etjam ipſe prædabitur, Eſa.33.1. Vide SPOLIUM.

PRAEDESTINATIO æterna, vocationis & fidei cauſa eſt, Rom. 8.30. Epheſ.1.v.4.5.11. 2.Tim.1.9. 1.Pet.1.2. ob prædeſtinationem non diſputandum cum Deo, Rom.9.20.

PRAEIRE, impropriè etjam de iis dicitur, quos nemo ſequitur, Matth. 21.31. ſenſus dicti eſt: Ceſſantibus & recuſantibus vobis, properant ad regnum Dei, ut vos oportuerit ſaltem eorum exemplum imitari.

PRAEJUDICIA cavenda ſunt, ne quos damnaverimus, abſolvere cogamur, Act.16.35.

PRAEDICATIO, prius miniſterii Apoſtolici penſum, Matth. 28. v. 19. 20. Marc.16.15. prædicationis Apoſtolicæ ſumma, Matth.10.7. Marc.6. 12. finis ejus, 1.Joan.1.5. prædicatio Pauli qualis, 1.Cor.2.4. 1.Theſ.2.3.

PRAEDICAT Chriſtus in navi, Matth.13.2. Mar.4.1. qui prædicat, prædicet Dei ſermones, 1. Pet. 4. 11. prædicavit Chriſtus ſemper palàm, Joan.18.20. prædicare non poſſunt, niſi ſint miſſi, Roman.10.15. prædi-

cantibus Apostolis Deus dat incrementum, Act.2.47.1.Cor.3.6.

PRAEDICTIONES, Vide PROPHETIAE.

PRAEDO vendens hominem, moriatur, Deut.24.7.

PRAEGNANTEM percutiens rixando, Exod.21.vers.22.23.prægnantes scinduntur à Manahem, 2.Reg.15.16.

ad PRAELIUM Deus docet, 2.Sam.22.35.Psal.17.35.

PRAEPOSITIS obediendum, Heb.13.17.

ad PRAELIUM, pro incircumcisis, seu præputiatis, metonymicè, sive pro Gentibus, Rom.2.v.26.27.& 3.7. centum Philisthæorum præputiis uxorem sibi comparavit David, 1.Samuel.18.27. 2. Sam.3.14. præputium, pro statu ac conditione præputiati, Roman.2.26. in posteriore parte versus: hoc est, pro incircumcisum esse, sive, ut ita dicam, pro gentilismo: Nam in priore versus parte, præputium, pro præputiato, id est, incircumciso accipitur, per metonymiam. Præputii Euangelium quid vocet Paulus, Vide EUANGELIUM. Præputium nihil prodest Christiano aut circumcisio, sed observatio mandatorum Dei, 1. Cor.7.19. præputia lignorum auferenda, Levit.19.23.

PRAESCITI, qui & prædestinati, Rom.8.29.

PRAESEPE Christi, Luc.2.7.

PRAESUMTIO sancta, Ephes. 3. 12. præsumtio inanis damnatur, Proverb.26.12.& 28.v.25.26.Galat.6.3. præsumtionis exempla: Quidam Apostatæ, 1.Tim.1.7. Ecclesia Laodicensium, Apocal.3.v.16.17. Vide JACTANTIA.

PRECATIO, Vide ORATIO.

PRECATIONUM variæ formulæ: Nuptiis benedicendi, Genes.24.60. Ruth.4.11. populo benedicendi, Num.6.v.23.24.25. Regem consecrandi, 1.Reg.1.37. salutandi & bene precandi, Ruth.2.4. Matth.21.9.& 28.9. Mar.11.6. Joan.12.13.

PRECIBUS precari, repetitio est Hebraica, pro devotè & religiosè precari, Jac.5.17. Ad preces, pro defunctis extruendas, detortus locus, Matth.12.32.

PRESBYTERI, id est, Pastores, Diaconi, & alii Ecclesiæ gubernatores, in Ecclesia in singulis urbibus constituti, Act.14.23. Tit.1.5. Vide SENIORES.&, EPISCOPI. Presbyteri duplices: Eorum habenda ratio, 1.Timoth.5.17. unde Presbyterium dicitur, 4.14. totus ille cœtus, qui in Verbo laborant. Presbyteri & Episcopi Paulo, pro iisdem, Act.20.28. Tit.1.5. ad Presbyteros exhortatio, 1.Pet.5.1.&c. Presbyteros quales esse oporteat, Tit.1.6.&c.

PRETIO mortis Christi redemti sumus, Act.20.28. 1.Cor.6.20.& 7.23. 1.Pet.1.19.

PRIMATUS: Primatum tenet Christus, Colos.1.18. pro primatu Petri, ut Antichristi Romani primatum & indomitam tyrannidem stabilire quoquo modo possint, allegant Pontificii locum, Matth.10.2. eò quòd primo loco collocetur Petrus. Atqui nihil in ordine latere mysterii, apparet ex Marc.3.17.&c. Luc.6.14.&c. Galat.2.9. ubi hic ordo tollitur & invertitur: Concedimus tamen Petro primatum inter Apostolos, sed ordinis inter pares, non gradus supra inferiores. Apostoli enim omnes pari erant dignitate, 2.Cor.11.5. Adducunt item locum, Matth.16.19. sed frustrà, & insciter. Refellunt autem Antichristi Romani primatū & tyrannidem hi loci, Mar.9.2.v.34.35.36. Luc.22.v.25.26. 2.Cor.11.5.

de

de primatu contendunt Apoſtoli, Matth. 18. 1. &c.

PRIMITIAE præcipiuntur, Exod. 22. 29. & 34. 26. & 35. 5. Deuter. 12. 17. Vide & Levit. 23. 10. Numer. 18. 13. Deut. 18. 4. & 26. v. 2. 10. 2. Paral. 31. 5 Nehem. 10. v. 35. 37. Proverb. 3. 9. Tob. 1. 7. primitiæ triennales quibus dandæ, Deut. 26. 2. primitiæ Sacerdotum & Levitarum erant, Num. 5. 9. & 18. v. 8. 11. primitias Spiritus vocat Paulus, Rom. 8. 23. particulam, quæ ſpem certam nobis facit, fore ut quod in nobis cœpit Deus, perficiat, ſicut olim primitiarum oblatio, uſum totius acervi ſanctificabat. Primitiæ reſurgentium Chriſtus, 1. Cor. 15. 23. Coloſ. 1. 18. De primitiis, Ezech. 45. 13. &c.

PRIMOGENITURAE vis & prærogativa, Geneſ. 25. 31. & 49. 3. 2. Paral. 21. 3. cui danda, Deut. 21. v. 15. 16.

PRIMOGENITA Aegyptiorum omnia occiduntur media nocte, Exodi 12. 29. Pſal. 78. 51. & 105. 36. & 135. 8. & 136. 10. primogenita Deo ſanctificanda, Exod. 13. 2. & 22. 29. & 34. v. 19. 20. Levit. 27. 26. Numer. 3. 13. & 8. 17. Deut. 12. 17. & 14. 23. & 15. 19. 1. Sam. 1. 24. Luc. 2. 23.

PRIMOGENITUS univerſæ creaturæ, ſeu omnis rei creatæ, dicitur Chriſtus, Philip. 1. 15. id eſt, ante res ullas conditas genitus. Primogenitus inter multos fratres, Roman. 8. 29 Coloſ. 1. 15. primogenitus mortuorum, vel ex mortuis, 1. 18. id eſt, qui à mortuis primus ad vitæ æternæ poſſeſſionem reſurrexit, quod eſt novi ſeculi, in Filii Dei revera ſimus, reale (ut vulgò loquuntur) initium. Vide CHRISTUS. Primogenitorum prærogativa, 2. Paral. 21. 3. primogeniti nonnunquam à Deo rejiciuntur, Gen. 48. 17. & 49. 4. Rom. 9. 13.

PRIMUM, pro præcipuè, vel præſertim, Rom. 3. 2.

PRIMI noviſſimi, Matth. 19. 30. Marc. 10. 31. Luc. 13. 30.

PRINCEPS Paſtorum, Vide CHRISTUS.

PRINCEPS aëris hujus, & mundi Diabolus, Joan. 12. 31. Epheſ. 2. 2. Col. 2. 15. princeps impius cui ſimilis, Proverb. 28. 15. Ezech. 22. 27.

PRINCIPIS impii, impii ſunt & miniſtri, Proverb. 29. 12. Eccli. 10. 2. principis peccatum quomodo expiandum, Levit. 4. v. 22. &c.

PRINCIPES & Reges in populo Judaico inaugurandi ritus exempla: In Joſuah, Numer. 27. v. 18. 19. Saule, 1. Samuel. 10. v. 1. 2. Davide, 16. v. 11. 12. 13. 2. Sam. 2. 4. & 5. 3. Salomone, 1. Reg. 1. v. 38. 39. Jehu, 2. Reg. 9. v. 1. 2. 3. Joan. 11. v. 10. 11. 12. Joachaz, 23. 30. Dii cur dicantur, Vide REX. Principes non irritandi, Proverb. 25. 15. principes Davidi miniſtrantes, 1. Paral. 27. 1. principes Sacerdotum, Matth. 2. 4. & c. vocabantur, qui ex poſteris Aaronis (nam ii ſoli Sacerdotes dicebantur) erant familiarum ſuarum capita, ſicuti poſt captivitatem fuerat earum diſtributio inſtaurata, ut refertur Neh. 11. & 12. cap. quamobrem etiam vocantur Principes Sanctuarii, 2. Paral. 24. 5. & Principes Sacerdotum, 36. 14. Principes Salomonis, 1. Reg. 4. 2. principes mali, ob peccata populi, Proverb. 28. 2. principes quomodo à Deo demententur, Pſal. 76. 13. Proverb. 29. 12. Miniſtri Dei ſunt, Rom. 13. 4. quales eſſe oporteat, Deut. 1. 13. Principes ignorantes crucifixerunt Chriſtum, Actor 3. 17. 1. Corinth. 2. 8. multi ex Judæis credunt Chriſto, non audentes tamen confiteri, Joan. 12. 42. ad principes exhortatio, Ezech. 45. 9. in principes pauperum oppreſſores, Amos 4. 1. & 6. 1. Soph. 3. 1.

PRINCIPUM & Regum corda in manu Dei ſunt, Prov. 21. 1. Principum officium, Vide MAGISTRATUS. Principum ſcelera minimè

dissimulanda. Exempla: Esaias, Esa. 1.23. Joannes Baptista, Matth. 14.4. Marc.6.18. principum placandorum expedita ratio, Prov. 25.15. principum status mutantur, Job.12.18. Principum & Prælatorum malorum exempla: Aaron, Exod.32.21. Filii Israelitarum, Numer. 25.4. Filii Heli, 1.Sam.2.v.12.22. Jeroboam, 1.Reg.12.v.19.20.28.30. Achab, 18.18. Manasses, 2.Paral.33.9. Nabuchodonosor, Esaiæ 14. 20. Reges Aegypti, 19.13. Sobna, 22.16. Sedecias, Jerem.38.5. Pilatus, Matth. 27. v.18.24. Joan.19.13. principes Sacerdotum, Actor 4. 18. Magistratus Templi, 5.v.18.26.40. Judæorum Clerus, 6.12. Magistratus Philippensis, 16.22. Ananias, 23.v.2.3. Felix, 24.28. Festus, 25.vers.9.12. Principes mali malos ministros habent, Proverb.29.12. principum placandorum expedita ratio, 25.15. principum status mutantur, Job.12.18.

PRINCIPIBUS non maledicendum, Exod.22.18. Eccles.10.20. Act.25. 5. principibus magnis subjici, non semper est tutum, Esa.8.6.

PRINCIPATUS omnis caput, Christus, Colos.2.10.

PRINCIPATUS tribuitur & regno tenebrarum, Col.2.15. Vide DIABOLUS.

PRISCILLA, uxor Aquilæ, quæ & Prisca, Actor 18.2. Priscilla adjutrix Pauli, Rom.16.3.

PROBANDA omnia, 1.Thes.5.21.

PROBEMUS an simus in fide, 1.Cor.11.28.2.Cor.13.5.

PROBATI, pro iis, qui opponuntur hypocritis, 1.Cor.11.19.

PROBATIO, spem auget, Rom.5.4.

PROBLEMA Samsonis, Judic.14.12.

PRODIGALITAS damnatur, Proverb.5.9. prodigalitatis exemplum: Prodigus filius, Luc.15.13.

PRODIGIA per Mosen edita, Actor 7.36. prodigia in morte Christi. Matth.27.45. &c. prodigia ut fiant, orant Apostoli, Act. 4.30. prodigia per Apostolos edita, 2.43. & 5.12. prodigia à Stephano edita, 6.8. Vide MIRACULA.

PROCHORUS Diaconus eligitur, Act.6.5.

PRODITIO, damnatur, 2.Timoth.3.4. proditio Euangelii causa, Luc. 21.16. proditionis pœna, 2.Paral.25.3. & 33.25. Esth. 2.22. Proditionis exempla: Cain, Genes.4.8. Simeon & Levi, 34.v.25.27. Uxor Samsonis & Philisthæa, Judic.14.17. Dalila, 16.9. Saul, 1.Sam.18.v.11.17.25. Doeg, 22.9. Viri Ceilæ, 23.v.5.7.12. Ziphæi, vers.19. & 26.1. Joab, 2.Sam.3.27. & 20.10. Rechab, 4.6. David, 11.v.14.15. Ammon, 13.v.10.11. Absalom, v.28. & 15.v.7.10.11. Zambri, 1. Regum 16.10. Servi Joas, 2.Reg.12. 20. 2.Paralip.24.25. Phacee, 2.Reg. 15.25. Sennacherib filii, 19.37. Servi Amon, 21.23. 2.Paralip.33.24. Ismael filius Nathaniæ, 2.Reg.25. 25. Jerem.41.v.2.6.7. Cives Jerosolymitani, 2.Paralip.25.27. Judæorum hostes, 1.Esdr.4.2. Nehem.6.2. duo Eunuchi, Esth.2.21. Davidis, hostes, Psalm.35.23. & 41.10. Hostes Danielis, Dan, 6.v.11.12. Scribæ & Pharisæi, Matth.12.10. Mar.3.2. Luc.6.7. Judas Iscariotes, Matth.26.49. Marc.14.45. Luc.22.v.47.48. Joan.18.5. Judæi, Act.7.52. & 23.15. Vide DOLI exempla. Proditionis pœnæ exempla: Servi Joas, 2.Paralip. 25.3. Servi Amon, 33.25. duo Eunuchi Regis Assueri, Esth.2.22. Judas proditor, Matth.27.5. Act.1.18.

PROFESSIO religionis externa requiritur, Esaiæ 44.5. & 45.23. Rom.10. 10.1.Pet.3.15.

PROFUNDI-

PROFUNDITAS divitiarum ex Hebræorum idiotismo, pro, profundæ divitiæ, Rom. 11.33. pro rebus profundis, 9.39.

PROHIBENDI non sunt, quomodocunque verbum Dei annuntiantes, Marc. 9.39. Luc. 9.50.

PROHIBENTIUM contrahere matrimonium, doctrina diabolica, 1. Timoth. 4.3.

PROMITTERE, facilius est, quam præstare, Exod. 19.8. quod promiserimus, Deo reddendum, Deut. 23.21.

PROMISSIO μετωνυμικῶς, pro, promissionis præstatione: seu ut alii volunt, pro re ipsa promissa, per metonymiam, Hebr. 11.39. Sic accipitur juxta quosdam & Galat. 3 22. Vide PATRES non adepti promissa. promissio Patris, Spiritus Sanctus, Act. 1.4. & 2.33. promissio salutis ab æterno, Eph. 1.4. & 5.13. promissio Abrahæ facta, Rom. 4.13. & 9.9.

PROMISSIONIS Filii qui, Rom. 9.8. Vide FILII promissionis. Promissionis terra qualis, Deut. 8.7. promissionis Spiritus quid significet, Vide SPIRITUS promissionis.

PROMISSIONES vitæ præsentis, 1. Tim. 4.8. 1. Petr. 3.13. promissiones Dei cum conditione fiunt, Deut. 19.8. & 28.1. &c. 33.4. Levit. 26.1. &c. 1. Reg. 2.30. Ezech. 18.1. &c. 33. v. 15, 19. Marc. 16.16. Joan. 3. v. 16, 36. & 6.47 & 8.31. & 13.17. & 15. v. 7.14. Roman. 8.17. Colos. 1.23. Hebr. 3.14. 2. Petri 1.4. Apocal. 2.3. cap. & 21.7. promissiones Dei in Christo sunt, Etjam, & Amen, 2. Cor. 1.20. Vide DEI promissiones. Promissiones Dei objicit Moses, orans pro peccato populi Israel, Exod. 32.13. Deut. 9.27. promissiones omnes adimplevit Deus Judæis, Jos. 21.43. & 23.15. propter promissiones suas ad Abraham, &c. factas, omnia egit Deus erga Judæos, Exod. 2.24. & 6. v. 5.6. Levit. 26.42. Deut. 4.20. & 7.8. 1. Samuel. 12.22. 2. Sam. 7. v. 24.25. 2. Reg. 13.23. & 19.34. & 20.6. promissiones suas adimplevit Deus, misso suo Filio, Act. 3.18. & 13.33. promissionum Dei memor Jacob, orat, Gen. 32.9.

PROMISSIS standum, Proverb. 25.14. Exemplum: Domus Joseph, Judic. 1.25.

PROPHANA vitet Episcopus, 2. Tim. 2, 16.

PROPHANORUM hominum testimonio uti aliquando licet, modò id parcè, & in tempore fiat, Act. 17.28. 1. Cor. 15.33. Tit. 1.12.

PROPHETA: Propheta in propria patria contemnitur, Matt. 13.57. Lucæ 4 24. Joan. 4.44.

PROPHETAE triplex genus: Primum eorum, qui in Ecclesiæ gubernatione extraordinariè suscitati, de communibus ejus necessitatibus Deum è re nata consulebant. Hi Videntes dicuntur, 1. Sam. 9.9. 1. Paralip. 21.9. & 26.28. & 29.29. 2. Paralip. 9.29. & 12.15. & 16.10. & 19.2. & 26.5. & 29. v. 25.30. Secundum genus Prophetarum eos complectitur, qui cessantibus Sacerdotibus ad Legem interpretandam extraordinariè à Deo mittebantur, sua cuique assignata provincia, Esai. 1.1. Jer. 1.3. Ezec. 1.3. Ose. 1.1. Amos 1.1. Abd. v. 1. Abac. 1.1. Ag. 1.1. Zach. 1.1. Malac. 1.1. horum XII minores unum volumen efficiunt, Actor. 7.42. Omnium hujus generis Prophetarum doctrinæ summa, Matth. 22.40. Tertium Prophetarum genus eorum est, qui doctrinæ divinæ explicandæ & applicandæ dono insigniuntur, Actor. 13.1. 1. Cor. 12.28. Ephes. 4.12. hinc prophetare, pro, doctrinæ usum ædificationi, exhortationi & consolationi applicare, 1. Cor. 14. v. 1.3. & Prophetia, pro hujusmodi exercitio,

